Mageny



C.H.D



D. Alfonso Ricchini — 8 30 —

BAPTISTAE MAZERI I.C. A BVRGO ALICIS, DIOECESIS VERCELLEN.

In Diui Iohannis cap. xij. Apocalypsis.

TRACTATVS. INSCRIPTVS, Hæreditas patri debetur.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. Cardinalem de Ruuere.





de Scala

AVGVSTÆ TAVRINORVM, Apud Io. Dominicum Tarinum, 1589.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISS.
D. D. CARDINALI
DE RVVERE.
Baptista Mazerus Salutem.

ISaias prophetia suæ, capite sexto, ciuitatem Hierusalem magnificare atque extollere volens, sicut Quercum Therebinthumq; ramos suos expandentem vocauit; Quamobrem Illustrissime & Reuerendissime Cardinalis, cum Quercus frondosa, robore perennis, ingentes ramos expandens, latos in campos protendatur; Virentibus folijs pulchra & annosa ad æthera vsque altissimum suum cacumen extendat; Belle quidem ad eius similitudinem, Hierusalem fama ipsa sydera scandentem, præceteris ciuitatibus conspicuam, magnificam, gloriosam, & triumphantem; virtute sublimem, fortem, atque perennem, probitatis, sanctitatisq; exemplar, nobis nunciasse ipse propheta videtur: Ego propterea cum mentis oculos, ad istam quam incolis ciuitatem conuerto; sub figura Illustrissime Quercus tuæ, inter alias celebres ciuitates nouam Hierusalem in Romana urbe surrexisse, nuncque uigere uideo: Adest enim nunc nō in figura, sed vera quercus amplitudinis tuæ; cui omnia, & noua istius Hierusalē exēplaria Antiquitatis, nobilitatis, gloriæ, probitatis, & immortalis famæ pulchre respondent;

Quare Illustriss. praesul, cum eximia virtus, humanitas, summaq; religio, & cetera probitatis, & omnis splēdoris ornamenta, quae te ab ipsis primis natalibus semper comitata sūt, omnibus cōspicua & veneranda, me a teneris annis, & primis studiorum initijs in ratam tui nominis venerationem sensim alexissent, Dolebam tantam mei animi propensionem tibi nō posse recta cū via, quoquo tpe innotescere: Euenit autē magno patriae huius moerore, pxime elapsis saeuis illius cōtaginis tēporibus, q̄ patriā meā Burgū Alicis, aliaq; maxima oppida feritate īuasit; vt ꝓprios lares relinquere coactus, ad Rustica & Cāpestria loca secedere oportuerit; ibi tātam calamitatem totq; erumnas mecum ipse deplorans, & solatium quaerens in D. Ioannis Apocalysim reconditis & arcanis misterijs passim refertā incidi, ibiq; tantam rē non alteriusquā eiusdē Authoris explicatione egētem, pro otio quādoq; contēplans, & grauiter admirans, adnotare & excerpere aliqua sum ausus. Quae etsi non videantur Iureconsulti, legalia tātū volumina tractātis, sed grauissimi oculatissimique Theologi farina, tamen talia qualia Spiritus sancti lumine adiuta fuere; ea omnia in studiosissimū, & feruentissimū meae in tui amplissimi nominis, obseruantiae testimoniū; tibi vni offerre decreui, vt sub salutari vmbra Illustrissimae Quercus tua, in tuto magis quiescere posset; Opusculū meū non excusabo, cum facile sit in tam scabroso campo in tā difficili materia plerunque virum in sentes & rubos incidere: Florumq; elegantia decorare illud non iuuit, ne dū verborum ornatū quererem. Scatentes pululantesq; animo sententias perderem: & rerum sensus inuoluerem: Omnia tamen ea quā soles humanitate corrige, excusa atq; tuere, ac interim nobis diu feliciterq; viue. Taurini Cal. Octob. 1589

INDEX MATERIARVM HVIVS TRACTATVS.

Deũ quis

Sanctos

FINIS.

TRACTATVS BAPTISTAE MAZERI ſupra Apoca. Cap. 12.

Inſcriptus hæreditas patri debetur.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, & Sacratiſſimæ ſemper Virginis MARIÆ Apocalypſis cap.xij. aggredior, inquit D.Ioannes.

Et ſignum magnum apparuit in Cælo.



QVIA CHRISTVS ſignum Iſaiæ cap. xj. dictus eſt, ibi in die illa radix Ieſſe, quæ ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur; Ideo per ſignum de quo Diuus Ioannes hic loquitur, Chriſtum intelligo: Quoniam & ſeipſum Dei ſignum pręnunciauit, vt Diui Ioannis, cap. 6. his verbis legitur hunc enim pater ſignauit Deus; Etſi Chriſti ſignare eſt, quia Deus verax eſt, vt Diui Ioannis cap. 3. ergo ſignum eſt; alioquin quomodo ſignaret? Tum cum ſignaculum, & ſignum idem ſint, vt ex Apoſto. ſententia ad Roma. cap.4. colligitur, ibi & ſignum accepit Circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in prępputio; Et ſignaculum dictus fuerit Chriſtus, Aggęi cap. 2. ex vi horum verborum, in die illo aſſumam te Zarobabel filij Salathiel ſerue meus dicit Dominus, & ponã te quaſi

ſignaculum quia elegi te dicit Dominus;ergo & ſignũ eſt.

Hac ratione videtur dicendus Chriſtus ſignum Dei, propter aſſumptam humanitatem, & habitantem in ipſa plenitudinem diuinitatis quaſi in ſigillo. Dixi Chriſtum ſignum Dei eſſe propter aſſumptam humanitatem, quia humanitas Diuinitatem in Chriſto,quaſi in ſigillo ſignat, aliàs enim ſi non eſſet homo, quomodo ſignum & character Dei eſſet?

Dixi itaque eundem Chriſtum ſignum Dei propter habitantem in ipſo plenitudinem Diuinitatis, quaſi in ſigillo; Quia ſi Chriſti ſignare eſt, quia Deus verax eſt, ideſt quoniã Deus vere eſt,vt dicto D.Ioannis cap.*3*.ergo quia Deus eſt,ſignum vocandus videtur. Deus enim eſt qui ſignauit humanitatem quam aſſumpſit quaſi in ſpecie & forma ſigilli; Tandem quia humanitas ſignat in ſeipſa diuinitatem, quia diuiuitas ſignauit humanitatem aſſumptam quaſi ſigillum; Quia Chriſtus Deus, & homo eſt, ſignum Dei dicẽdus videtur, Et ſigni appellatione intelligendus eſt hic D. Ioann.loqui de Chriſto. Hanc interpretationẽ ſuadere videntur Iſa. Verba cap.7.relata,ibi,Propterea dabit Dominus ipſe vobis ſignum, Ecce Virgo concipiet cum ſequentibus; Vbi Chriſtus dicitur ſignum, & Deus idem ſignum. Nam cum promiſerit Dominus ipſe dare ſignum ſuum,ergo diuinitatem ſuam ſeipſum promiſiſſe dicendum videtur. Hoc ex illa dictione ipſe quæ ponitur in textu Iſaiæ inferendum putaui: quæ ſi aliter declaranda veniret, nihil operari,vel vacare potius videretur;quia ſatis fuiſſet Iſaiæ dixiſse, Dominus dabit vobis ſignum,abſque dictione ipſe, ſi per ſignum non intelligendus eſſet Deus: cũ omnis igitur dictio aliquod operari debeat; hoc modo Iſaiæ prophetia interpretationem accipere videtur; Dominus dabit ſeipſum ſignum, ideſt ipſe erit ſignum filij hominis quod naſcetur ex Virgine.

Quod autem per ſignum ſentire videatur Iſa. de Chri-

ſto;

sto; significare videntur subsequentia illa verba, & vocabitur nomen eius, propterq; diuinitatem & verbum suum, sub signi promissione, pollicitus videtur; Nomen enim Dei, & Deus pro eodem accipi debent: quamuis diuersa constituta sit ratio inter homines, quorum nomina significandarum personarum gratia ponuntur: Nomen enim Dei ipsa diuinitatis substantia in effectu idem sunt; Appellauit inquam Dominus signum suum nomen eius, hac etiam ratione quia per Christum clarificari magnificariq; debebat; Cum enim tãtum in Iudęa notus esset Deus per Christum in omni terra, argumento cap. 13. Ioannis, clarificatus est: Cum igitur signum dictum fuerit nomen Dei;& sic Deus,& Christus signũ sit, ergo Christus signum Deus est.

Secundo per signum intelligendum esse Christum; innuere videtur illa dictio Emmanuel, per quam inferebatur futurus filius Dei, Deus & homo;& sic signum, ratione habitaturę Diuinitatis in eo, quasi in sigillo, ratione vniẽdæ. Diuinitatis & Humanitatis quasi in formam sigilli, respectu formæ quam assumpturus erat Christus; Huic enim signo.i. Christo fidem dari iussit Isaias per hæc verba, si non credideritis non permanebitis; Nam si tantum hac de causa euertenda Iudea erat, in solitudinemq; redigenda, quia Christum negatura, quia non erat illi creditura, atq; hanc tantum ob iniuriam permansura non erat, ne sequatur alia ex causa vastandam fuisse Hierusalem: Signi ergo Dei appellatione, existimandus est Isaias de Christo loqui. Si enim populus Iuda profetiæ contra Ephraim, Phaceam filiumq; Romeliæ latæ credidisset; Nũquid permansisset; Nunquid Iudea presentem vastationem passura nõ fuisset? Nunquid a Domino populus Iuda expellendus erat. Si profetiæ contra Ephraim phaceam filiumq; Romeliæ manatæ non credidisset? Si idolatrantem populum in deserto sustinuit Dominus sępeq; in Iudæa, neq; ob hãc iniuriam eiectus, sed tantum quasi septuaginta annis per

transmigrationem in Babylonem euersus fuit. Dicemus ne desiturum esse populũ Iuda. Si Isaiæ non credidisset in eo quod prædixerat contra Samariam, Ephraim, filiumq; Romeliæ? Nequaquam sic hæc intelligenda videntur; Sed rectior videbitur interpretatio saluis sanctę Matris Ecclesiæ auribus ita exponendo, si non credidisset populus signo, idest Christo ipsum stare non debuisse; quia tantum hac de causa eijciendus erat. vt Psalmo. 68. Isa. cap. 1. & 6. Dan. 9. Micheæ. 5. Oseæ 3. & Amos 2. legitur.

Tertio si per nasciturum ex Virgine omnes Prophetarũ visiones adimpleri debebant; Si verba in potentiori nobiliorią; significatu sunt intelligẽda, per hoc Domini signũ; Signum signorum promissum videtur; per quod omne signum, & clarificatio scripturarum impleretur, quis inquã igitur per tale signum promissus videbitur; Nisi Dominus Iesus, per quem omne implementum scripturarum sequtũ est; per quem omnis prophetia adimpleta est.

Quarto cum nomina rebus ipsis debeant esse consequẽtia; vt declarat Dominus Iesus, ibi tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; Et hoc Isa. textu promissum fuerit signum a Domino, ergo persona quæ signis clarificari deberet promissa intelligenda est; Quis igitur per signum promissum a Domino intelligendus veniet nisi Christus Saluator noster? Sicut enim innotuit Deus, quod verus Deus esset per signa; Similiter per signa clarificatus est Christus, quod sit verus Deus; Propter igitur signa quę ab eo prodierunt, non immerito vocandus est signum.

Quinto si signum & character idẽ sunt, promisso signo character vniuersæ creaturæ, promissus creator videbitur; Quis igitur nisi Christus per signum promissum à Domino iudicandus est;

Sexto cum hæc hominis vita sit militia cum dracone, vt ab eius faucibus eriperemur fuit promissum signum; Perso

na

na ſcilicet cuius ſub inſignibns militantes ſaluarentur; quis igitur appellatione ſigni promiſſus videbitur, niſi Chriſtus noſter, ipſe enim Doctor iuſtitiæ Ioel; cap. 2. & Deuter.cap.18.dictus eſt; ipſe dirigit manſuetos in iuditium, & docet mites vias ſuas.

Septimo ſi Deuter.cap.xj. ſignum prædictum fuit ſuſpēdendum, ibi ponite hæc verba mea in cordibus,& in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno,in manibus & inter oculos veſtros collocatæ,Et ſuſpendendus in ligno prædictus fuit Chriſtus;Signū ſalutis noſtræ ;Quod igitur ſignū ſuſpendendum dicemus niſi Dominum Ieſum? Hoc igitur loco Iſaiæ,per ſignum interpretandus eſt Chriſtus noſter; qui pro ſalute noſtra cruci affixus fuit,qui & Saluator hoc Iſaiæ cap.dicitur ex vi illius dictionis Emmanuel,per quā nil aliud magis infertur quam Deus nobiſcum,& ſic Saluator,quoniam ſi Deus nobiſcum quis contra nos?

Octauo ſi per ſignatum librum Diuinitas intelligitur, quorſum diuinitas ſignata dicetur, niſi quia Deus ſignum eſt?Si Chriſtus Deus eſt,ergo & ſignum eſt; Quod autem per librum ſignatum intelligenda ſit diuinitas. Docet textus Apoca.cap.5.ibi dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, diuinitatem, ſi nemo in cęlo & in terra dignus aperire neque reſpicere librum inuētus eſt, niſi Chriſtus, quid per librum niſi diuinitatem interpretabimur;

Quærebam quia Chriſtus eſt liber ſignatus, & verbum libri ſignati; vt 29.cap.ſcribit Iſa.ibi,& erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati,& ibi,& audiēt in die illa ſurdi verba libri. An de eodem libro,hoc cap.5.videatnr ſentire Diuus Ioānes,& dicendum videtur de eodem ſenſiſſe, quoniam qualitas quæ interuenit in libro ſignato, de quo Diuus Ioannes loquitur legitur etiam in libro de quo meminit Iſaias.Primo enim pro eodem ponuntur verba libri ſignati,& liber ſignatus per Iſaiam; nam quæ prius vocauit verba libri ſignati,poſtea dixit librum;ibi, quem cum de-

derint ſcienti literas,& ibi, ſicut verba libri ſignati, niſi.n. verba libri ſignati,& liber ſignatus idem eſſent ; Non vocauiſſet Iſaias verba libri,librum; Cum igitur liber de quo Iſaias loquitur,dicatur ſignatus,& ſcriptus,ergo de eodem ſentire Diuus Ioannes videtur, verba enim prophetarum ad concordiam reducenda ſunt, ille inquam liber qui non cognoſcebatur,qui vſque ad Domini Ieſu aduentum ſignatus manſerat meritis paſſionis eius, hoc Diui Ioannis textu traditus ei aperiendus fuit,vt ſignacula eius ſoluerentur; vt per eũ cognoſceretur Deus: ex his igitur apparet,Chriſtum ſignum Dei eſſe cum ſit liber ſignatus; & verbũ libri ſignati, & Deum idem ſignum eſſe.

Dixi Chriſtum verbum libri ſignati,& librum ſignatum vocari. Hoc ideo quia cum ſeptem ſigna ſigilla, ſignacula libri habeat quæ pro eodem per D. Ioannem hic apponuntur.i.ſeptem ſpiritus Dei,merito dicendus eſt liber ſignatus; Sed etiam liber ſignatus dicendus eſt, quia abſconditus Deus dictus eſt, Iſaiæ 45.ſignatus quia celauit Dominus,vt Zacha.cap.3.ſculpturam eius; Signatus quia non debuit a populo noſci, ſicut nondum cognitus eſt,vt Iſa.53. & 57.Dan.9.Dauid pſal.2.& 88.ad finem;Signatus etiam vocandus videtur,quia in parabolis,quæ a paucis intelligebantur,locutus eſt.Signatos enim Dan.cap.12.vocauit ſermones quorum intellectus dilucidè cognoſci non poterãt; Aperiam in parabolis os meum,inquit Dauid, loquens de eo,loquar propoſitiones ab initio.

Præterea ſi quæreret aliquis quid per viſionem omniũ de qua loquič Iſa. d.c.29. ſentiam,breuibus,per viſionem omnium,agendo,viſiones prophetarum,prophetias ſcilicet intelligo.Illis verbis Iſaias Iudęorum ſtultitiam,ignorãtiamq; craſſam increpat,quia ita viſiones prophetarũ loquentium de Chriſto, ſicut vocem & prædicationem Chriſti; intellecturi erãt. Itaq; ab ignorãtia prædicationis Chriſti, Iſaias ad ignorantiam viſionum prophetarum & econ

tra

tra arguit. Iudæos Christum suum per prædicationem ipsius, neque per visiones prophetarum non cognituros inferre videtur. Futurum enim populum Iudæum insipientē prædixerat Isa. cap. 6. sicut & Dauid psal. incipiente saluū me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animā meam: ibi, Obscurentur oculi eorum ne videant Dorsa eorum semper incurua; quamobrem hoc cap. 29. inquit Iudeis Isa. & erit vobis visio omniū sicut verba libri signati.

Propterea per signatum librum, traditum Agno, vt aperiretur, eidem facultatem scientiam & cognitionem Dei, manifestandi existimo datam fuisse; hanc. n. scientiam, nisi qui intrat per ostium quis habere non potest: Hoc Diuus Ioannes cap. 18. ibi, neque me scitis neque patrem meum scitis, si me sciretis forsitan & patrem meum sciretis, significare videtur, & per hæc verba, si me cognouissetis vtiq; & patrem meum cognouissetis, & amodo cognoscetis eum & vidistis eum; Idem noto ex cap. 7. ibi, & me scitis, & vnde sum scitis, & a meipso non veni; Sed est verus qui misit me quem vos nescitis; Quomodo enim Iudæi sine lumine Christi Deum cognoscere possunt; Nam si prophetatum fuit eos non cognituros Christum, qui est verbū libri, quomodo poterunt cognoscere Deum qui est liber, & verbum libri; si enim cognosceretur per eos Deus, vtique & Christus; Nemo enim nouit patrem inquit D. Iesus, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare; Vnde data ignorantia Christi in Iudeis & Dei: cum sint vnum Christus & Deus. Idem verbum & liber, dāda est. Mihi incompatibilia, quod quis cognoscat Deum & non cognoscat Christum videtur; Etsi enim a multis de populo Israel fuerit Deus cognitus; vt à prophetis, tamen ideo cognitus fuit, quoniam eis reuelatus per visiones Christum docentes extitit; Præterea versiculus ille notus in Iudęa Deus, magis verificandus post aduē tum Antichristi quam antea videtur; quia in toto illo psalmo de diuino iuditio loquitē Dauid; post quod magnum

erit

erit in Israel nomen Dei: quia tunc omnes gentes cognoscent Deum, & Christum; Tunc erit in pace locus eius, & habitatio eius in Syon; Ex his igitur per librum traditum Agno ad aperiendum: in Christum potestatem docendi scientiam & cognitionem Dei translatam, clarificandi seipsum cum sit liber; per sigillorum solutionem, per interpretationem scripturarum, per implementum ipsarum, per missionem Spiritus sancti, dijudico.

Quærebam, semel, si liber traditus fuit agno signatus quomodo si clausus, quomodo si occultus per eum declaratio libri, cum cognitione Dei inferri poterit; cum per librum signatum potestas ligandi & abscondendi sapiētiam huius mundi, prout docere videtur Isa. d. c. 29. translata fuerit: vbi dicitur liber signatus his qui non intelligunt: facilis solutio datur, etsi per librum signatum hęc inferantur, tamen quia aperire dignus factus est; propterea per librum signatum vitæ æternæ, potestatem soluendi omnia; docendi & manifestandi scientiam & cognitionem Dei, omnem sapientiam, virtutem, diuinitatem, gloriam, & fortitudinem, ipsiusmet Christi claritatem, recepisse videtur. Cæterum per solam traditionem libri signati, existimo nō inferri declarationem diuinarum scripturarum, nec authoritatem soluendi, minus clarificandi Deum, quoniam per hanc libri traditionem intellectus sapientum huius mundi tantum abscondebatur, vt dicto Isa. cap. 29. Christus enim antequam descenderet de cęlo, vtique erat iudex viuorum & mortuorum & in forma Dei constitutus; Sed antequam pateretur non fuit apertus liber, sed scripturarum remanebant abscondita mysteria; nec dum datum erat ei aperire librum; Nondum omne iudicium, necdum potestas vitæ æternæ, quia nondum aperiebantur cęli propter peccata, quæ retenta erant; sed post passionem meritis sanguinis, quem effudit pro nobis; Sequuta est vita æterna; Declaratio cum implemento scripturarum, & cognitione Dei; Et

omnia

omniaq; tradita fuerunt in manus eius , & sic propter passionem aperire librum , & soluere septem signacula libri; clarificare Deum in cordibus hominum; Illuminare insipientes corde manifestare diuinitatem, dare de spiritu san cto filijs hominum , diuinarum scripturarum quæ quasi sub velamine a septem spiritibus Dei tegebantur; Interpretatione & cognitionem adducere dignus factus est; Declaratio enim sermonum Dei illuminat, & intellectum dat paruulis.

Non videtur obstare quod per traditionem libri dignus factus fuerit accipere diuinitatem; Neque videtur posse su stineri, quod per solam traditionẽ libri signati fuerit trãslata potestas soluendi signacula; quia illa verba dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem , diuinitatem cum sequentibus dicta fuerunt ab Angelis ad declarationem il lorum verborũ, eiusdem textus. Dignus es Domine accipere librum & soluere signacula eius; Tum vt declararentur illa verba. Ne fleueris quoniã vicit leo de tribu Iuda, Radix Dauid aperire librum, & soluere signacula eius , vt clarius dignosceretur, quid per aperturam libri, & sigillorum solutionem intelligendum esset: Igitur illa verba dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, Diuinitatem cum sequentibus, non tantum fuerunt prolata ad declarandum, quid per librum signatum acceperit Christus; Sed etiam ad declarationem solutionis sigillorum; Nam per libri solutionem magis procedit clarificatio Dei, & Christi, quam per l ibri solam traditionem.

Magnum.



VM D. Ioannes in cœlo signum magnum, & sic Christum magnum viderit; Ergo in potestate, & maiestate Dei signum vidisse, dicendus est; Quod ideo signum D. Ioannes magnum appel-

lauit, quia in terra per eum paruulus, & pauper Christus visus fuerat: sicut cap. 9. Zacharias prophetauerat, ibi, Exulta satis filia Syon; Iubila filia Hierusalem, quia ecce rex tuus venit, tibi iustus, & pauper: & Amos cap. 2. ibi super tribus sceleribus Iuda & super quatuor non conuertam eũ pro eo quod vendidit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis: Tum quia in terra contumelijs, & opprobrijs, affectum conspexerat: sicut despiciẽdum Isa. cap. 52. & 53. prædixit: Et morte turpissima condemnandũ liber Sapientiæ cap. 2. testatur: Ad differentiam igitur. D. Ioannes signum, magnum vocauit; Vt daret gloriam Christo signo Dei: Vt gentes non amplius despiciendum, In formaq; Dei constitutum doceret: & propterea per hoc signũ quod vocat magnum. D. Ioannes de Christo sensisse intelligendus est: quia verba in potentiori significatu sunt intelligenda: non autem pro alio simplici signo; Quod enim, & quale potentiusq; signum dicere possumus Christo, qui est signum:

Mulier amicta Sole.


ROPTER Syon nõ tacebo, propter Hierusalẽ non quiescam; donec egrediatur vt splendor iustus eius; & Saluator eius vt lampas accẽdatur: Et videbunt gentes iustum tuum; cuncti Reges terræ inclitum tuum: Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit; Et eris corona gloriæ, & Diadema regni in manu Dei tui.

Hactenus de prima textus particula dictũ est; modo ad secundam venio: quæ incipit, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius; & in capite eius corona stellarum duodecim: Hæc illa de qua in Canticis Canticorum, quæ quasi aurora consurgens egredietur; Pulchra vt luna, electa vt sol; Hæc illa quæ delicijs affluens innixa super dilectũ suũ,

de

de deserto ascendit: Hæc ille conclusus ortus, fons signatus, fons ortorum, puteus aquarum viuentium; quæ fluũt impetu de libano. Sed vt clarius loquar, per hanc mulierem, salua pace & interpretatione sanctæ matris Ecclesiæ. Ciuitatem sanctam Hierusalem nouam; quæ sicut sponsa præparatur Christo viro suo, intelligo; de qua D. Ioannes Apoc. 21. & sequenti cap. loquitur; Quare autem sic sentiam paulo infra dicturus sum: Hanc eandem de qua Isaias cap. 62. loquitur; assero: Nunc tantum secundũ hũc intellectum ad textus expositionem procedam.

D. Igitur Ioanni Hierusalem sancta, sponsa agni, ea claritate ornata, qua sol fulget: sicut sol splendida Dei, claritate, sicut a radijs solaribus illustrata, Christiq; claritate, q̃ est lucerna eius, quasi luna perfecta splendida; supra lunæ splendorem, dignitatemq; gloriosa, apparuit: Et quia Dauid psal. 88. Christi thronus, futurus splendidus sicut sol, prædictus fuit, propterea D. Ioannes, ciuitatem sanctã sponsam Agni, amictam sole vocauit: Et cum luna minui soleat, sponsa vero agni claritate perfecta fruitura sit, vt dicto psal. 88. Ideo dixit lunam sub pedibus mulieris: vt lunam splendore inferiorem sponsæ agni, ostẽderet: Et ideo D. Ioannes ciuitatem sanctam, quæ thronus Christi erit, vt psal. 121. & Isa. cap. 62. Mulierem amictam sole vocauit: Quia Rex eius Christus oriens dictus est, & sic sol, vt Zacha. 6. quia in sole posuit tabernaculum suum, vt psalm. 28. videlicet in ea claritate quam habet sol; tùm quia electa vt sol, in canticis canticorum vocata fuit: & hac de causa lunam sub pedibus mulieris dixit; quia cœli, sol, & luna transibunt, sempiterna autem illa ciuitas Christi in ęternũ claritate vt Isa. 60. & Apoc. 21. illuminãda est: Quãobrem non tantum luna, sed etiam sole præstantiorem intuemur; Hanc etiam amictam sole, vt supra lunam inquit; Quoniam sanctæ ciuitatis maiestas, per causas & res, nisi quæ ab humano intellectu cognoscerentur describi nõ poterat.

terat. Et propterea ciuitatis sanctæ per splendorem solis, q vix ab humanis oculis pſpici pōt, claritatē expſſit: Vt cū illustrari a Dei claritate debeat, dignoscere facilè valeamus, nouæ ciuitatis gloriam, omnem humanum sensum, excedere debere; Quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.

A seculo non audierunt, neq; auribus perceperunt, oculus non vidit Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te.

Quoniam fundatur exultatione vniuersæ terræ, mons Syon latera Aquilonis, ciuitas regis magni.

Quia illic sedebunt sedes in iuditio, sedes supra domum Dauid:

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Animalia tua Domine habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi Deus: Nunquid Syon dicet homo; propterea propter fratres meos, & proximos meos loquar pacem de te.

Et quia Christus istius ciuitatis Apoc. 20. lucerna dicitur, Ideo Christum lucernam ciuitatis sanctæ arbitrabar, quoniā amplius super eā luna lucere non debet: tum quia sicut Christus eius est sol, similiter & luna eius esse debet, Quemadmodum Deus, sol & luna eius, vt Isaiæ 60. in sempiternum futurus est.

Et in capite eius corona stellarum duodecim.



HAEC verba, sic declaro. Apparuit ciuitas sancta sponsa agni, D. Ioāni corona duodecim stellarum, quarum coroua coronatum vidit super eas, Christum caput ipsius mulieris: His verbis D. Ioan. multitudinem magnitudinis Maiestatis Christi, qua-

qualis in ciuitate sācta sit,& esse debeat, satis apertè demonstrat: Nam cum dixerit D. Ioannes se in cœlo vidisse Christum magnum, propterea hic rationē & causam eius magnitudinis subijcit, Ostendens Hierusalem sanctam futuram coronam gloriæ Christi,& regnum eius: Sicut testatus est Isaias cap.62.ibi propter Syon cum sequentibus.Et ipsius coronam immortalem gloriosam & triumphantem; Non in carbunculis, smaragdis,saphiris, non auro,neque margaritis,consistentem;neque eo modo quo solent capita Regum huius seculi decorari constructam:Nam cum mulier in cęlo visa fuerit, vtique ipsam coronam cęlestem dicemus; quæ si cęlestis est; oportet & caput eius Regem suū Christum, & Dominatorem, cęlestibus dignitatibus, & maiestatibus decoratum fateri.Non humanam gloriam, sed supra Angelicos choros omnemq́; cęlestem potestatē honorem, imperium, maiestatemq́; diuinam assequtum.

Quod autem per caput intelligendus sit Christus, nullā dubitationem parari video; nam cum futurus sit Rex super Hierusalem sanctam; princeps & Dominator. vt Isa. 9. & 62.Zacha. 9.Dan. 7. Mich.5.Ezech.34.& passim reperitur in prophetis futurus sit, vtiq; caput dicendus est; Tùm cum caput cęteris membris corporis præstantius sit;Et Reges in populis suis potentiores & nobiliores sint, & ab eorum capite, siue voluntate procedant edicta, statuta & leges. Vtique capita dicendi sunt; Similiter & Christus cum sit caput Ecclesiæ Rex regum, & Dominus dominantium, caput dicendus. Videtur,& cum verba in potentiori significatu sint intelligenda, appellatione capitis in hoc textu, Christum interpretari possumus. Et hac ratione per caput Christum intelligo; quia caput gentium dictus est: psal.17. ibi eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium, & Mich.2. ibi, Ascendet pandens iter ante eos, diuidet, & transibunt portam, & egredientur per eam: & transibit Rex eorum coram eis, & do-

minus in capite eorum; tum quia reges capita vocantur, vt Isa. 7. ibi, & caput Damasci Rasin; & caput Samarie filius Romeliæ; Et quia caput Apostoli ad Corinth. cap. xj. dictus est: ibi volo vos scire, quod omnis viri caput est Christus, caput autem mulieris vir. Si omnis viri caput Christus est, si caput mulieris vir; & Iudea mulier Christi sit; & Christus vir eius, ut Osee 2. & 3. Isa. 53. Hierem. 33. Zacha. 6. cur non igitur appellatione capitis hoc textu Christus intelligendus est.

Et per coronam stellarum duodecim in capite mulieris existentem, coronandos corona ciuitatis sanctæ Hierusalem. D. Apostolos, scilicet & ipsorum corona coronandum supra eos Dominum Iesum interpretor. Item per coronam stellarum duodecim non tantum. S. Apostolos, coronam ciuitatis sanctæ Hierusalem; sed etiam supra omnia regna mundi, imperium & potestatem habituros, cum illa regina supra omnes regias ciuitates futura sit, vt habetur in canticis canticorum ibi, & reginæ laudauerunt eā; & Apoca. 21. existimare debemus: sed quasi corona inquiet aliquis coronandi sunt; huic Isaias 32. respondens ait, ecce in iustitia regnabit Rex, & Principes in iuditio præerunt: his verbis declarans regnum Christi in iustitia futurum, similiter & SS. Apostolorum qui Dauid psal. 44. Principes, & Indices: a Domino Iesu dicti sunt.

Et cum Christi fideles sicut stellæ in perpetuas æternitates, vt Dan. 12. legimus fulgure debeant, quanto magis appellatione stellarum S. Apostoli, cum dij Dauid psal. dicti fuerint, ibi ego dixi Dij estis & filij excelsi omnes; Intelligendi sunt; Præterea cum Angeli nuntij, dei sint, & S. Apostoli sicut Angeli nuntij, Dei fuerint, quia missi a Domino Iesu super omnem terram; Et Angeli hoc Apoc. 12. stellæ dicantur, similiter. S. Apostoli Angeli & stellæ vocādi sunt: cum ministri sancti testamenti fuerint, cum eis dominus Iesus, sermonem suum, & claritatem dederit.

Si

Si per septem stellas, Angeli septem Ecclesiarum Apoca.cap. 1. intelliguntur; cur non sancti Apostoli, cum fundatores omnium Ecclesiarum extiterint, cum sicut Angeli Euangelium prædicauerint in omni terra stellæ, vocandi sunt: qui si stellæ dicendi sunt; hoc textu appellatione stellarum duodecim cum verba in nobiliori significatu sint intelligenda, de sanctis Apostolis sentiemus.

Neque absurda interpretatio videbitur, si per coronam stellarum duodecim multa regna intelligentur; Nam & Apoca.cap.19. Christus habés in capite Diademata multa describitur, & per quæ vt noto ex Isaiæ cap.62.& Apoca.13.regnorum imperia notatur: cum enim Christus hoc nomen in femore scriptum habere dicatur, Rex regum, & Dominus dominantium, per quod omnem coronam, non solum supra ciuitatem sanctam sponsam eius; sed etiam supra omnia regna mundi habere intelligitur, per Diademata ipsum coronam & imperium supra multa regna habiturum dicendum sequitur. Præterea si ciuitas sancta corona stellarum duodecim; Apostolorum scilicet, si Regina supra omnia regna mundi futura est; Corona supra omnem coronam gloriæ Christi; vtique & Christns per Diademata multa, multiplicem coronam, & gloriam, supra omnem huius mundi regum decorem & famam, habiturus dicendus est.

Egredimini filię Syon, & videte Regem vestrum in Diademate quo coronauit eum Dominus in die desponsationis, & in die lætitiæ cordis eius; Caput tuum vt Carmellus, & come capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus caput tuum aurum optimum; come eius sicut elatę palmarum, nigræ quasi coruus, oculi eius sicut columbæ, super riuulos aquarum quæ lactæ sunt lotę: & resident iuxta fluenta plenissima. Genę illius sicut Areolę aromatum consitæ a pigmentarijs; Labia illns distillantia mirham primam; Manus illius tornatiles auræe plene hiacinthis; Venter eius

ebur-

eburneus distinctus saphiris; Cruta illius columnæ marmo ræe, quæ fundatæ sunt super Bases aureas; Species eius vt libani, Electus vt cedri; Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis, talis est dilectus meus o pulcherrima mulierum quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecũ; Ego dilecto meo. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est; quæsiui eum per vicos & plateas, & non inueni illum, vocaui & non respondit mihi, Adiuro vos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum meum vt nuntietis ei quia amore langueo.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, terribilis est supra omnes Deos.

Gaudens gaudebit in Domino, & exultabit anima eius in Deo suo.

Quia induit eum vestimentis salutis, & indumento iustitiæ.

Et circundedit eum quasi sponsum coronatum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

Hæc eo dicta sunt, vt aliqua ad decorem gloriæ Christi mulierisq; amictæ sole recitatentur: ex hisq; Domini lectores, quis appellatione capitis intelligendus sit scire possumus; Quæuè mulieris amicte sole significatione veniat: Quæ est ista quæ egrediet quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol; nisi ciuitas sancta sponsa agni, gloria & claritate Dei, sicut solis lumine, lunæq; lucerna illuminata.

Quæ delitiis affluens dicitur, quia vt supra dixi, a seculo non audierunt neque auribus perceperunt, Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te: Et quia quanto plures moriuntur iusti, tanto magis exultat, gloriosior fit, commodisq; æternis affluit; Ad differentiã, Bonorum (hoc dictum est huius seculi quæ) quanto magis a pluribus posidentur & distrahuntur; tanto magis minuũtur,

tur. Multiplicatis enim personis huius seculi solent minui redditus, omniaq; maiori pretio veneunt.

Innixa dicitur supra dilectum suum; idest fortis propter Christum, qui dilectus sponsus eius est: Quia quotquot ingredientur eam, fortiter adhærebunt, & credent dilecto eius Christo: Innixáue, quia regnum cęlorum violenti rapiunt illud: vel quia nemo venit ad Christum nisi pater traxerit eum: ascendere de deserto dicitur; quia per tribulationes, paupertatem, solitudinem iustorum, ædificatur; ædificando, multiplicandoq; extollitur; Vel quia gaudia ciuitatis sanctæ semper crescent; nullo tempore minuentur: Dicitur ascendens de deserto; quia a Iudea quæ nunc deserta manet, venit fides; fundata crescit; Quia vice illius Hierusalem, quæ nunc vastata est, ædificatur: Ortus ex amenitate loci dicta est; Conclusus quia non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut iniquitatem faciens; quia eam nisi electi possidebunt.

Fons signatus, fons scilicet vitæ æternæ; quem nisi signati, possessuri sunt. Nisi qui testimonium Christi receperũt; & in vijs eius ambulauerunt: Signatus, quia occulta sunt gaudia ciuitatis exultantis; quasi verba libri signati; quia pauci diligunt eam.

Puteus aquarum viuentium, quoniam habitatores eius, vt Isaiæ 12 scribitur, lætitiam vbertatemq; dulcedinis, ac vitæ, in gaudio tamquam à fontibus Saluatoris haurient: Puteus aquarum viuentium, quia fruentes delitijs illius, non peribunt in æternum: Puteus aquarum viuentium, idest ciuitas frequens populorum viuentium; sicut enim infernus puteus interitus, vt psal. 54.68. & sic mortis ac tormentorum dictus est; Similiter ciuitas sancta puteus vitæ dicenda venit.

Quæ fluunt impetu de libano; Ideo dicuntur fluere impetu de libano, quia infinita gaudia in modum torrentis, quorum vbertate inebriabuntur iusti; & quasi torrente vo-

luptatis replebuntur, præstare debent: His verbis suauitatem, odoresq; fragrantes sponsæ Agni, iustorum pulchritudinem, omnia aromata, omniumq; florum gloriam excedere debere perspicio: Quod autem iusti in ciuitate sancta florere dicantur Dauidis lectione plerisque locis probatur; inquit ille, Plantati in domo Domini in atriis domus Dei nostri florebūt; Iustus vt palma florebit, sicut Cedrus libani multiplicabitur; & alibi; superextolletur super libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terrę: Quemadmodum enim iusti in hoc seculo beneuiuendi memoriam reliquerunt, in exemplum multorum transierunt, propter quod opera eorum pretiosissimum in conspectu Altissimi odorem redolent; Pariter gaudia in ciuitate Dei sancta, omnem sensum, opinionemq; excedentia; eructabūt; Sicut enim putei profundi sunt, multasq; aquas continere solent; Sic corpora sanctorum tot & tanta continebunt gaudia, tot virtutes; vt ipsorum bonorum copia, & profunditas ab intellectu humano, nunquam discerni, vel cogitari queat.

Omnes sitientes venite ad aquas; Et qui non habetis argentum properate, emite, & comedite, venite emite absq; argento, absque vlla commutatione vinum & lac.

Dicit textus, quæ fluent impetu de libano; idest de domo Dei, a sūmo cęlo; Vnde & omnia bona prodeunt, Mōs Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis; mons in quo beneplacitū est Domino habitare in eo, in quo habitabit in finem: in die illa inquit Ioel, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte; & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum.

Venio ad textum, inquit D. Ioannes, & in vtero habens & clamabat parturiens & cruciatur, vt pariat: Quæ habet in vtero dicitur de proximo paritura, & magnos propter partum subitura dolores. Propterea per habentem in vtero Iudeam & Hierusalem intelligo, non illam quam vidit

D. Ioan-

D. Ioannes amictam sole; sed hanc quæ post mortem Domini nostri Iesu vastata ac desolata permanet.

Hæc igitur iuditio meo, huius particulæ interpretatio est. Vidisse inquam D. Ioannem mulierem in vtero habentem, id est regionem Iudeorum, cum venit plenitudo temporis per hunc textum assero: scilicet cum venit Dominus Iesus: qui ideo dictus est, in vtero mulieris habitus, quia nasci debuit sicut natus est de muliere, in Iudea; Sicut Isaiæ 9. Mich. 5. Deuter. 18. docemur. Quomodo enim, & quando Iudea habitura in vtero dici poterat; nisi cum Christus aduenisset; cuius aduentus desiderabatur, cuius persona a domino promissa fuerat: Cum enim ante aduentum Christi Dei tantum mulier vocata esset: & post eius aduentum solum Christi mulier vocanda foret; Cum ipse eius vir, vt Osæe 2. & 3. & si ipsa vt Od. cap. 3. virum suum cognitura nõ esset; cęterorum qui in Iudea nascebantur Mulier nequaquam vocari poterat; Si Deus filium suum cum venit plenitudo temporis misit, vt Apost. ad Galath. Episto. 4. Ibi, At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum; factum ex muliere, temporis autẽ plenitudo in ipsius Christi aduentu Iudaice regionis futura esset; cum post eius aduentum subuertenda esset; ergo misisse filium suum dicendus est Dominus; eo tempore quo desolanda erat, cum implenda erat malitia & iniquitas filiæ Syon: & consequenter in vtero habuisse, cum natus fuit Christus, quia tunc euertenda erat Iudea, dicenda est: quia ad dies plenitudinis temporis sui, ad tempus aduentus Christi, ad diem desolationis eius peruenerat; Sicut fęmina habens in vtero, propter vterum apta viro, ad pubertatem ad sui temporis plenitudinem, peruenisse dicitur, propter subeundos in partu dolores mortis, propter cruciatũ quasi instantis mortis; Similiter Iudea habens in vtero, dicta est; quia iam pepererat eum, propter quem dolores mortis, dolores parturientis, ferre debebat: cuius occasione vastanda, & vsque ad

consumationem & finem seculi in solitudinem redigenda, ad plenitudinemque dierum suorum (cum paulò post aduentum Christi, aliud tempus ei futurum non esset) peruētura erat: Et propterea saluo meliori iuditio, paria esse iudico; dicere quod mulier haberet in vtero; vel plenitudo sui temporis aduenisset, vel quod natus Christus esset.


Possent forte sic intelligi, hęc verba habens in vtero, id est, Apparuit mulier, in eodem scilicet temporis statu cū appropinquaret aduentus Christi; Quia qui est in vtero de proximo nasciturus, dicitur. Verumtamen cum hic habēs in vtero dicatur, & appropinquante Christi aduentu, antequam natus esset, aliquid in vtero habuisse, scilicet in regione sua, dici non posset: magis præcedens interpretatio sustinenda videtur; quod visa inquam fuerit mulier habēs in vtero, idest eo statu cum venit Christus; quia tunc verè habuisse in vtero dicenda est; cum in regione illa apparuit & natus est Christus, cum populo Israel datus fuit: Nam si parturiens, quia natus iam fuerat, quia vastari debuit, dicta est; Similiter habens in vtero cum natus fuit Christus dicenda videtur; alias enim si non fuisset missus Christus, quomodo parturiens, quomodo in solitudinem fieri poterat: Si per parturientem tempus aduentus Christi pręcessisse, iam Christum aduenisse infertur; eodemmodo per hanc clausulam, & in vtero habens inferendum videt̄: quia si non venisset Christus, numquam parturiens effici poterat, & si enim Mich. cap. 5. in partu Christi parturiens vocata fuerit, tamē hoc ideo per eum dictum fuit, quia ꝓpter mortem Christi vastanda, & parturiens consequenter efficienda erat. Propter enim mortem Christi, euerti, in solitudinemq; redigi, dolores in ipsius vastitate parturientis quales patitur fęmina cum parit, ferre & sustinere debuit: propterea vocata fuit parturiens, non autem hac de causa, quia Christi aduentus appropinquaret. Quod autē Christus in ruinam Hierusalem & populi Iuda nasci deberet, &

propte-

propterea Iudea parturiens, efficienda esset. Isa.cap. 1. & 8. & 5. Michæe. Dauid psal. 68. docemur; ibi fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet, Sicut & Dan.cap.9. Osæe 3. & Genes.cap.pen. ibi non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de femore, donec veniat qui mittendus est, manifesta hæc legimus.

Sed vt parturientis, de qua hic D. Ioannes loquitur, faciliorem plenioremq; intellectum habeamus sciendũ est; Hierusalem propter trasmigrationem populi in Babylonem, quæ ex Hiere. sententia, cap.25. annis septuaginta; durare debebat; quasi parturientem Mich.cap.4. vocatã fuisse: ibi nunc quare merore contraheris nunquid Rex nõ est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor sicut parturientem; Dole & satage filia Syon, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque in Babylonem, ibi, liberaberis, ibi redimet te Dominus; Idem Hiere. cap.4. scribitur, ibi vocem enim quasi parturientis audiui; angustias vt puerperæ; & eiusdem sententiæ cap.6. Hiere. legimus, ibi Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ; Tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem; Similiter & 13.cap. Ibi nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem: Hanc interpretationem ex Isaiæ cap. 26. his verbis comprobamus; sicut quæ concipit cũ appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus a facie tua Domine, cõcepimus & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum: Si populus Iudeus, quasi parturiens, propter transmigrationem in Babylonẽ dictus est; factusq; quasi fœmina parturiens; Quanto magis Iudea parturiens vocari debebat; sicut vocanda est, propter imminentem, post aduentum & mortem Christi eius desolationem, quæ, vt Dan.9 legimus, vsque ad consumationem & finem perseueratura est; Per parturientem igitur de qua D. Ioannes hic, loquitur; vt verba prophetarum cõ

ue-


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ueniant, vastitatem Hierusalem prædictam fuisse censere debemus; afflictiones maximas populi Iudei in eius vastitate intueri possumus: parturientem Iudeam, omnibus populis significare duximus.

Quod autem Iudea dicta fuerit parturiens, illa ratione, quia post aduentum & mortem Christi, vsque ad consumationem & finem, in solitudinem redigenda erat, Idē Mich. 5. cap. his verbis admonet; Nunc vastaberis filia latronis, obsidionem posuerunt super nos, in virga percutiēt maxillam Iudicis Israel; & tu Bethleem ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis, propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet, Si ideo quia vastāda Hierusalē, & Iudea, propter mortem Christi erat, per Micheam, dictum fuit, quod tamdiu deberet esse populus Iudeus, donec parturiēs pareret, Per parturiētem ergo, Christi natiuitas & subsequens propter eam Ciuitatis Hierusalem vastatio, vastitatisq; perseueratio infertur.

Similiter Iudeam parturiētem Isaias cap. pen. quia post natiuitatē masculi euerti debebat, his verbis vocauit; vox populi de Ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis; antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculum. Nunquid parturiet terra in die vna aut parietur gens simul; Ecce quomodo Isaias, post natiuitatem masculi Iudeam parturientem vocet. Masculi inquam de quo loquitur D. Ioannes hic, & euertendam dicat per illa verba, vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis, quæ ploratum multum, & vlulatū populi Israel, Domini vindictam supra inimicum populi eius Iudeum, Christi, & Ecclesiæ eius persequtorem, demonstrant: sub figura igitur mulieris habentis in vtero clamantis & parturientis, vt conueniat D. Ioannes cum Mi-

chea,

chea; Christi aduentum, subsequentemq; propter mortẽ eius desolationem ciuitatis Hierusalem, vociferationem, dolorem angustiamq;, eiusdem vastitatis perseuerantiam, interpretari visum fuit, vnde & nos parturire dicimnr, vt (si bene memini videor legisse Act. 14.) quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Et cruciatũ vt pariat, humanissimus lector aduertat, Si in visione D. Ioannes mulierẽ parturientem vidit, per quã Hierusalem vastatio infertur; si per parturientem Christi aduentum, iudaicæq; regionis vastitatem præcessisse, præsuponimus; quomodo igitur, postquam mulier in visione parturiens facta fuit, post vastitatem scilicet vidit illam D. Ioannes cruciari vt pareret; Quomodo si redacta in vastitatem solitudinemq;, cruciabatur parere, quem iam pepererat; Si præsupponit D. Ioannes vidisse ante mulierem peperisse Christum, subsequentemq; ciuitatis Hierusalem vastitatem; qua igitur ratione post vastitatem cruciabatur mulier parere, quæ iam pepererat, quem vt decebat non susceperat; Propterea igitur D. Ioannes hic vt hanc oppositionem tolleret verbo præsentis temporis cruciatur vt pariat vsus est. Quia cum Iudei Christum non agnouissent, aduenisse semper eius aduentum desiderabant. Ridiculũ enim Diuo Ioanni videbatur, cum iam iam vastanda foret Hierusalem, quod Christus qui iam aduenerat a populo Iudeo tamdiu expectaretur vt desideraretur. Expectandus & desiderandus foret ab illis. Quod autem desiderandus, sed non cognoscendus a populo suo esset Christus, Aggæas cap. 2. Isaias 53. declaratione manifesta demõstrant.

Sed redeundo ad textum, hæc verba cruciatur vt pariat ad tempus antequam Christus nasceretur; ad mulierem habentem in vtero referri non debent, neque coniungenda sunt hęc verba, & in vtero habens, & cruciatur vt pariat, quia si isti sensus coniungendi essent dixisset D. Ioannes, & cruciabatur vt pareret, sicut & clamabat parturiens

dixit:

dixit: sed admiratur potius D. Ioannes hic, Iudeorumq; cecitatem irridet, qui cum Christum vidissent despexerũt contumeliis opprobriisque affecerunt, illius post mortẽ requirentes aduentum; quasi dicat D. Ioannes quod quanto magis ab eis expectatus esset, tanto magis ab illis elongari deberet, donec ipsum aduenisse cognoscerent. Manda remanda, inquit Dominus Isa. 28. cap. contra Iudeos exclamãs, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, in loquella enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit hæc est requies mea, reficite lassum & noluerunt audire; vt significaret diù Christum nõ cognoscendum a populo, Diù expectandum aduentum eius: inutiliter expectandum; Cui dixit Dominus Isaias. 1. cui annuntiauit Dominus nisi populo surdo & dure ceruicis Christum suum.

Sed tandem vt ad rem redeamus, si quæret aliquis; Quare per mulierem amictam sole, sponsam Agni Hierusalem sanctam intelligam? Hac ratione, scilicet motus sum, quia & Hierusalem quæ vastata fuit, quæ mater ciuitatis sanctæ est, mulieris appellatione vocatam video: sicut probare videtur 2. & 3. cap. Oseas, & Isa. 54. ibi, quia vt mulierem derelictam & merentem spiritu vocauit te Dominus, et vxorem ab adolescentia abiectam dixit Deus tuus: Idem Ezechiel 23. cap. habetur: vbi Hierusalem & Samaria mulieres adulteræ & fornicarie appellantur, cur igitur per mulierem amictam sole, Hierusalem sanctam sponsam Agni non interpretabimur, cum hæc terrena mater eius Mulier vocata fuerit: sicut ex canticis canticorum, notandum putamus, ibi tu illa electa genitrici suæ, sub arbore malo suscitata, vbi violata est mater tua, vbi corrupta est genitrix tua. Ideo sic dicta fuit genitrix eius, quia de Syon exiuit lex, & verbum Domini de Hierusalem, vt ex Mich. cap. 4. arguimus.

Si Christus Oseæ 3. Isaiæ 53. Hierem. 33. Zacha. cap. 6.

Iudaice

Iudaicę regionis vir nuncupatus eſt, vt correlatiuorum eadem ſit diſpoſitio, Iudeam & Hieruſalem, quæ nō accepta uit Chriſtum virum ſuum, Mulierem Chriſti vocare debe mus: quæ ideo mulier Chriſti, dicta, & dicenda eſt; quia Chriſtum virum ſuum, ſicut vxor maritum diligere teneba tur; Vel quia ſicut vxorem ſuam diligit vir, dilexit eā Chri ſtus; Et ſi hanc vt decebat eam non diligentem eum, Oſæ. 3. Dominus Ieſus, non vxorem ſuam, vocauerit; quibus verbis ſibi aliam dandam in vxorem loco eius, quæ repro- bauerat eum, ipſamq; alium accepturā in virum, non pro prium virum innuit. Verba Oſæe ſunt hæc, iudicate matrem veſtram quoniam non ipſa vxor mea, & ego non eius vir.

Si mulierem intelligimus parturientem de qua loquitur hoc tex. D. Ioannes; Iudeā ſcilicet quæ vaſtata eſt; ſi vxor & mulier ſinomina ſunt, vt Iſa. 54. ibi quia vt mulierē derelictam, & merentem ſpiritu vocauit te Dominus, & vxo rem ab adoleſcentia abiectam dixit Deus tuus: ſi vxoris nomine ciuitas Dei & Agni, Apoc. 21. vocatur per mulierem ergo amictam ſole ciuitatem ſanctam ſponſam Agni recte interpretabimur: Hac ratione prædicta interpretatio firmari videtur; Quia Hieruſalem ſancta vt Iſaie 60. cap. legimus, loco vaſtate Hiruſalem, & Iudeæ: ſucceſſura eſt; Cuius rei gratia verba Iſa. refero: Pro eo quod fuiſti dere licta, & odio habitā, & non erat qui per te tranſiret, ponā te in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in generatione, & ge nerationem, & ſuges lac gentium, & regum mamilla lactaberis; Pro ęre afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, pro lignis ęs. Et pro lapidibus ferrum; Et ponam vi ſitationem tuam pacem, præpoſitos tuos iuſtitiam; Nō audietur vltra iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio; Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in

lucem sempiternam,& Deus tuus in gloriam tuam:non oc cidet vltra sol tuus,& luna tua non minuetur. Quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam; Si ergo ciuitas noua Hierusalem, nunc loco derelictæ & desertæ succedit; Matremq; eius Mulierem vocari comperimus; non videbitur absurdum vxorem & sponsam Agni, etiam mulierem appellare,cum mulier & vxor ciuitas sancta;cuius loco successura est sponsa Agni,appellata fuerit: cum ex canticis canticorum per pulcherrimam mulierum vxorem Agni subintelligendam videamus.

Prædicta interpretatio etiam hac ratione confirmanda videtur; Omnia enim requisita in sponsa Agni, de quibus meminit Apoca.21.D.Ioannes;Si diligenter intuebimur; etiam in hac muliere amicta sole concurrere constat; eadem enim claritas, quæ sponsam illuminatura prædicitur; Mulierem quoque de qua loquitur D. Ioannes hic illustratura proponitur: Illa sicut sponsa Christo viro suo præparatur; Mulier similiter de qua ait D. Ioannes hic, corona capitis sui,Christi viri sui futura dicitur: Si eadem ciuitas sponsa,& corona Christi futura est;Cur non per mulierem amictam sole, habentem coronam stellarum duodecim; sponsam Agni intelligemus.

Hanc amictam sole claritas Dei, quasi solis lumen perpetuum, claritate supra lunæ splendorem fulgentem illuminatura est: sicut sponsæ Agni,sol,& lucerna Deus est & Agnus: idem ergo videtur de muliere hac quod de sponsa & vxore Agni intelligendum.

Sicut ciuitatem sanctam,luce Dei sempiterna,cap.60. Isaias ornatam solemq; eius perpetuum dixit: Simili modo D. Ioannes Mulierem amictam sole ad similitudinem solis radiantem in æternum ostendit; Præterea sicut vocauit D.Ioannes Mulierem maiorem & perfectiorem luna, quia sub pedibus eius dicta est: Pari modo Isaias dicto ca. 60.vt vxoris, siue sponsæ Christi claritatem exponeret inquit

quit; & luna tua non minuetur: Quapropter per mulierẽ amictam sole, vxorẽ Agni intelligendam non est qui ambigere debeat: Hæc est corona, de qua cap. 62. meminit Isaias, quam daturus est Dominus pro cinere; oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris; Hæc est corona gloriæ, & Diademma regni in manu Domini Dei nostri; Quapropter Domini lectores si ciuitas Dei, Iustorum corona futura est; Quanto magis corona sanctorum apostolorum dicẽda venit, cum eius fundatores, vt Apoc. 21. extiterint; Hæc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me dixit Dominus; Propterea oculi mei respiciunt in eam, intuentur terram de longè; Quam dilecta tabernacula tua concupiscit in ea anima mea; Surge & propera amica mea, colomba mea formosa & veni Iam enim Hiems transijt; imber abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit; ficus protulit grossos suos. Vineæ florentes dederunt odorem suum: surge amica mea & veni; sonet vox tua in auribus meis vox enim tua dulcis, & facies tua decora; Quam pulchri sunt gressus tui, in calceamentis filia Principis; Tu pulchra es amica mea: & macula non est in te: Vulnerasti cor meũ in vno oculorum tuorum, vulnerasti cor meum; Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata: Aperi mihi colomba mea immaculata; Vna est colomba mea perfecta; tu illa electa genetrici suæ sub arbore malo suscitata, vbi corrupta est mater tua, vbi violata est genetrix tua: Recti diligunt te, laudauerũt te filiæ Syon, beatissimam prædicauerunt, Reginæ laudauerunt te: trahe me post te, curremus in odorem vnguentorũ tuorum; Quæ habitas in ortis amici auscultant, fac me audire vocem tuam.

Colomba dicta est quia iusti & sancti habitatores eius, sine fele, & iniquitate futuri sunt filia autem Principis, quoniam per Christum futurum Principem eius ædifican-

da est; Quia verbo vitæ, quasi filia dilecta a patre alenda est; Quia incolæ eius loco filiorum Dei, & Christi habebuntur: Vocata fuit columba vna, quia vnus omnium spiritus habitantium in ea; Et vna ciuitas & sponsa Agni non plures.

Iam enim hiems transijt, imber abijt & recessit flores apparuerunt in terra nostra tempus putationis aduenit, ficus protulit grossos suos. Vineæ florentes dederunt odorem suum: per hæc verba quatuor anni tempora notantur, Primum patet, ver autem per hæc, flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis aduenit; Estas per ista, ficus protulit grossos suos; Autumnus per sequentia, scilicet per hæc, vineæ florentes dederunt odorem suum: Per Hiemem & Estatem, Ecclesiam ab infidelibus debuisse, debereque graues persecutiones sustinere infertur: Per ver, autem, florentem, & propagatam Ecclesiam declaro; Per autumnũ fructum in odorem suauitatis Domino reddituram expono: per hęc etiam omnia tempora, & qualitates, argumentum sumitur; q̃ cũ Iuditij Dei, inditia vrgentia, t paq; diem aduentus eius præcedentia; aduenerint, dignum, & iustum esse, quod & ciuitas sancta regnum Dei veniat:

Flores apparuerunt in terra nostra; idest multi sanctificati sunt, ideo hæc verba sic declaro, quia sancti, vt supra dixi florere dicuntur: Plantati in domo Domini in atrijs domus Dei nostri florebunt, inquit psalmista.

Tempus putationis aduenit: Hæc verba per Euangeliũ D. Ioannes cap. 15. declarantur, ibi, ego sum vitis vera, & pater meus Agricola est: Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & omnem qui fert fructum purgabit eum; Vt fructum plus afferat: Ego sum vitis vos palmites, si quis in me non manserit mittetur foras; sicut palmes, & arescet & colligent eum: & in ignem mittẽt, & ardet; Si Christus est vitis fidelesq; palmites per hæc verba tẽpus putationis aduenit tẽpus iuditij Dei; tẽpus separatio-

nis

nis iustorum ab impijs, tempus eorum qui steterunt in vite & tulerunt fructum vt epulentur & exultent ; vt recipiant mercedem suam, tempus malorum vt dispereat : & mittantur in ignem aduenisse dicemus.

. 13 Ficus protulit grossos suos. Ab arbore fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia eius nata ; Tunc scitote quoniam prope est æstas. Si per folia fisci æstas detegitur, Quanto magis æstate aduenisse, cum emit tit ficus grossos suos, arguemus : Super folia fici tempora instantis iuditij figurata sunt. Quanto magis per grossos fici, appropinquantis iuditij Dei, coniecturæ sumendæ videntur : Arguit his verbis Salomon quod cum iuditij Dei Inditia grauia, nō solum per similitudinem foliorum fici, sed etiam grossorum eius aduenerint ; dignum esse quod tempus putationis aduenisse, Quod omnis palmes qui non fert fructum excidatur & in ignem mittatur : Et cum æstas venerit per quam probati fuerunt a calore tribulationum iusti, quod detur sanctis & iustis regnum Dei, Quod ciuitas sponsa dilecti Dei veniat & festinet.

13 Vineæ florentes dederunt odorem suum : idest Ecclesiæ florentes, in operibus sanctis sanctificatæ, exaltatæ, propagatæq; odorem suum protulerunt : fructū scilicet Domino vineæ debitum reddiderunt. Odor enim vineæ vinum ; Et per vinum alibi, fructum Ecclesiæ, fideles doctos sapiētesq; in Domino intelligendos proposuit. Dederunt odorem suum, idest in fide propagatę fructum referentes, fideles, rectè sapientes, stabilesq; cognitę sunt : Opera enim iustorum, vt Apoca. 5. & 8. cap. legitur, sicut incensum, prætiosissimusq; odor, in conspectu Altissimi iudicantur : per hæc verba, etiam tempus reddendi mercedem seruis Dei His qui attulerunt fructum in vinea aduenisse infertur : Et quia cum venerit Antichristus quasi Ecclesiam Christi vastaturus est, credendumq; ab aliquibus est perituram Ecclesiam, non amplius reddituram fructum, propterea hos

consolatur Salomon dicens vineæ florentes dederunt odorem suum: quasi dicat Ecclesiam fructum sufficientem protulisse: satis ab ecclesia fructum perceptum fuisse: sicut eosdem cap. 2. Ioel his verbis consolatur, Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti; quia lignum attulit fructum suum: & vineæ dederunt virtutem suam.

Vox turturis, vox fidelium conquerentium de vastitate Ecclesiæ, infligendę per Antichristum; super ammissione vxoris eorum, quæ Ecclesia Dei est & agni; super amissione sociorum eius, qui interfecti & interficiendi sunt ab illo interpretanda videtur.

Tu illa electa genitrici suæ, sub arbore malo suscitata, idest, tu illa quæ loco ciuitatis Hierusalem, desertæ, quæ diu derelicta fuit, successura es. Ideo Hierusalem quæ nūc deserta est, ciuitatis sanctæ genitrix dicenda est, quia de Syon exiuit lex, & verbum Domini de Hierusalem: vt Micheæ cap. 4. scribitur. Quæ sub arbore malo suscitatą dicitur; Quoniā propter Antichristū qui Ezech. cap. 31. Dan. 4. Arbor dictus est, sub quo habitabunt omnia iumenta terræ, & nidificabunt volucres cęli, scilicet infideles qui iumentis terræ comparati sunt, fures etiam & latrones, qui per volucres cęli intelliguntur, accelerabit aduentum suū: sub arbore malo inquit Salomon: Quia in diebus Antichristi, qui malus Amos cap. 5. dictus fuit; suscitandum est regnum Dei, & Agni.

Et quia per Antichristum Iudei seducendi sunt, ideo corrupta mater ciuitatis sanctæ sub arbore malo dicenda est: quia Hierusalem, tunc quasi mater, aduentum ciuitatis sanctæ causare debet; Quoniam tunc apppropinquabit regnum Dei & Agni: Dicenda est etiam violata genitrix eius, sub arbore malo; quia propter vim, magnasq; ab Antichristo infligendas persecutiones; multi ex Iudeis a fide recessuri sunt, quasi ab Antichristi vi violati; Quod autem

per

per arborem malum intelligendus sit Antichristus, id ex eo probari videtur, quia non est persona cui tam apte, Cedri de qua loquitur Ezech. & arboris male, de qua scribit d. cap. Daniel, significatio conuenire possit, a potentiori enim sumenda est interpretatio.


Veni igitur de libano sponsa mea, veni de libano, & coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum de montibus pardorum: Qui remini scimini Domini ne taceatis, & ne detis silentium ei; donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra.

Ad maiorem declarationem parturientis, & amictæ sole ad laudemq; sacrosanctę semper Virginis Mariæ, & hãc interpretationem in medium proferre; hanc visionem etiã sic explanare visum fuit: sicut enim Iudeorum Regio, propter mortem Christi, vt supra vidimus parturiens facta fuit; Similiter sacratissimam semper Virginem, Mulieris nomine à Domino Iesu vocatam fuisse iudico; quia propemodum propter ipsius mortem omnium Iudeorum dolores, ferendos in vastitate Iudeæ, sustinere debebat; Econtra sicut futurum videbatur quod propter mortem nati parturiens efficeretur; Ideo etiam a Domino Iesu Mulieris nomine appellatum credo, quia ad similitudinem ciuitatis sanctæ, replenda, triumphis erat & gloria.

Primo igitur D. Ioannes Christum in forma Dei constitum, Inde Hierusalem sanctam sponsam Agni; claritate Dei sicut sole amictam: eandem duodecim Apostolorum coronam ipsorumq; corona supra eos coronatum Christũ vidit; secundo Hierusalem illam terrestrem, quæ postea vastata est; clamantem doloribus in desolatione ipsius ob quam dicta fuit parturiens: vel sic Hierusalem doloribus maximis agitatam, quasi in præsenti desolatione aspexit. Tertio Hierusalem cum iam natus esset Christus in cęlũq; conscendisset; seipsam cruciantem vt pareret Christum: Iudeos scilicet aduentum Christi desiderantes: quem cum vi-

dissent non cognouerunt; sed contumelijs & plagis affe-ctum morti tradiderunt. Præmissa omnia ita a me declara tionem recipient; vbi illis semper veneranda mater Ecclesia consentiat.

Et visum est aliud signum in Cælo: Et ecce Draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem; & in capitibus eius Diademata septem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli; & misit eas in terram, & Draco stetit ante mulierem; quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius deuoraret, & peperit filium masculum, qui recturus erat gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius; & Mulier fugit in solitudinem; Vbi habebat locum paratum a Deo; vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.


VPRA D. Ioannes decorem gloriamq; Christi signi Dei, sanctæ Hierusalem ciuitatis claritatem, Apostolorum coronam; Hierusalem desolationem, Iudeorumq; Christi aduentũ expectantium, maximum desiderium, paucissimis retulit verbis: Modo antequam de parturiente se expediat, ad aliud signum transit, inquit ipse.

ET

Et ecce Draco Magnus Rufus.

PER hoc Draconis signum cum contraria contrarijs elucescant, clarius intelligere possumus, in principio capituli, D. Ioannem de signo Dei, de digniori, quia Digniora sunt præferenda, & de eo signo quod est diuersum a signo Draconis, & quod frequentiori vocabulo dicitur signum, per quod Christus intelligitur; locutum fuisse: Nam cognito signo Draconis, consequenter aliud intelligendum fore signum Dei, sequitur; signum autem Draconis id quod in terra assumpturus est, futurum dico: id signum quod Antichristus Draconis futurus est: Quod autem Draco faciem super terram assumpturus sit, id manifeste 28.cap. Ezechiel ꝓbare videtur; ibi, ante faciem regum dedi te, vt cernant te: quia Antichristus de Abisso, ascensurus dicitur vt Apocal. 17. quia ipse Draco futurus est in homine, d.cap.28. Apocal. 17. Et vocatur hoc cap. Draco Magnus propter gentium multitudinem, quę ante aduentum Christi Demonia adorabat. Omnes.n.inquit Dauid Dij gentium Demonia; vt simul magnitudinem Draconis ostenderet inquit Diuus Ioannes.

Habens capita septem, & cornua decem.

PER capita septem, potestatem magnam in Cœlo Regnum, & Imperium supra septem regna Angelorum, quę de cœlo eiecta fuerunt cum eo, & quę etiam nunc parent ei; ipsum habuisse intelligendum putaui. Quamuis enim expresse in Prophetis luciferum septem regna Angelorum habuisse, non habeamus tamen cum Seraph. sex alas sex exercitus Angelorum, quibus celerrimè, & magnaque cum reuerentia Deo seruit; habere dicatur, vt Isa.6. luciferq; in maiori inter Angelos

Dei potestate dignitateq; constitutus fuerit, vt 31. & 28. Ezech. legimus, solusque in medio lapidum ignitorum vt Ezech. cap. 28. ambulauerit: ergo & hanc supra Angelicos choros potestatem, Maiestatemque habuisse concedendum videtur. Hanc interpretationem, eiusdem capituli, verba comprobare videntur, hæc scilicet. ET CAVDA EIVS TRAHEBAT TERTIAM PARTEM STELLARVM COELI; de quibus suo loco latius dicemus; si luciferum contra Christum, tertia pars Angelorum, cœli sequuta fuit cur non igitur per capita septem, & diademata septem Imperium supra septem regna Angelorum habuisse intelligendus est. Alias quomodo, qua ratione septem capita quibus Imperium, regnumq; vt supra dixi notamus, habere Draconem profiteremur; Quomodo Diademata septẽ habere diceretur, sicut D. Ioannes cap. 13. ait?

Et per cornua decem, spiritus infernales decem, omnem voluntatem eius, facientes, recognoscentes eum In superiorem potestatemque ab eo; accipientes, intelligo; sicut enim cornua quæ a feris procedunt pro eis pugnant; fortitudoq; ferarum sunt; quibus irrationabilem feritatem exequũtur: eodem modo decem cornua, decem principes infernales qui cum exercitibus dæmoniorum pro Dracone pugnant potestatem, iniquitatemq; ab eo sumentes intelligendi videntur. Ab ipso enim Dracone qui erat Cherub omnia flagitia, peccata, omnes denique vias prauas, tanquã a fonte, vnde ipse Draco pater mendacij dicitur, cum non sit nobis colluctatio aduersus carnem, sed aduersus satanã, procedere dicendum est; sicut enim a summo Deo, & Christo omne bonum, & iustitia proficiscitur, Ita ab illo omnem iniustitiam deriuantem iudicamus; ab ore enim Draconis Apoc. cap. 19. spiritus immundi exire dicuntur; qua de re & omnem iniustitiam ab illo exire tenendum est. Hinc facile intueri possumus quanta maiestate Draco cum adhuc esset Cherub decoratus fuerit; ad cuius similitudinem glo-

ria

ria Bestiæ, de qua Apoc.cap.13.& 17. D. Ioannes loquitur ascensura est;sicut enim Draco habens capita septem, & cornua decem scribitur,ita Antichristus capita septem, & cornua decem habens,vt præcitato cap.13.& 17. describitur. Propter quod an similitudo Draconis sit,manifestè patet: Omnia enim requisita in Dracone, in ipsius Bestiæ persona concurrunt: Dicitur enim allegato cap.13. dedisse illi Draco virtutem suam ; & potestatem Magnam : tum Bestia d. 13. cap. os Draconis, Draco,faciesque Draconis; dicta est;quapropter si Draco dicenda est, ergo,& similitudo Draconis,potissimum cum signaculum Draconis futura sit,vt allegato Ezech.cap.28.Quod autem Antichristus Draco, osq; Draconis futurus sit id ex sæpe citato cap.13. probari videtur;per illa verba,ET LOQVERATVR SICVT Draco ; introducens enim D. Ioan. secundam Bestiam loquentem, ait, ET LOQVERATVR SICVT Draco. Quapropter cum in toto illo cap. non fiat mentio an ipse Draco locutus fuerit,vel non:sed tantum dicatur primæ Bestię datum fuisse os loquens magna,& persona extrinsecus non sit subintelligenda;illa interpretatio per hæc verba,ET LOQVERATVR SICVT Draco, facienda videtur ; Quod secunda Bestia sicut Antichristus qui est Draco, osque Draconis loqueretur. Quomodo enim Draco nisi per Antichristum audiendus est; quod autem Antichristus Draco, dicendus sit;nobis significatum,hoc D.Ioan.cap.13. legimus ibi. Et iratus est Draco in mulierem, quorum verborum sensum suo loco referemus cum igitur Draco habens capita septem , & cornua decem describatur , signum siue signaculum Antichristi futurus sit , talis interpretatio vt similitudo similitudini conueniat afferenda videtur;& consequenter per capita septem Draconis Imperium supra septem regna Angelorum habuisse cum esset Cherub. quibus nunc in inferno presit , dicendus videtur. Et septem spiritus eius supra dicta regna septem , qui tamen vnus, &

idem spiritus sunt, & Draco, intelligenda videntur.

Et per cornua decem, Reges decem infernales Draconis, exequentes voluntatem, potestatem, iniquitatemq; ab eo summentes, Draconem superiorem recognoscentes, similiter intelligendos arbitratus sum; sicut per capita septẽ Bestiæ, septem regna, & per cornua, reges decem, habentes regnum ab ea, D. Ioan. Apocal. 17. de quo textu infra latius tractabimus; intelligendos dixit.

Inquit textus, & ecce Draco Magnus.

DEO magnũ dixit, quia cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiso Dei; Abietes non adequauerũt summitatem eius; & platani non fuerunt æque frondibus illius, omne lignum Paradisi Dei, non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum; Et emulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei; his verbis 31. cap. Ezech. dignitatem, Magnitudinemq; Draconis cum adhuc esset Cherub in cęlo, ostendit: hanc quoque 28. cap. describens summopere commendat, de cuius magnitudine plura infra videbimus.

Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum Cœli.

HIc D. Ioannes causas magnitudinis Draconis prosequitur; his verbis tertiam partem Angelorum cœli, luciferum sequutam fuisse, declarat; Caudam enim Draconis pro sequella accipiendam duxi; hęc igitur cauda Draconis, id est, sequella eius tertia pars Angelorum cœli: Nam stellarum, appellatione vt ex verbis eiusdem cap. colligitur, ibi, ET DRACO

PVGNABAT, ET ANGELI EIVS, tum per hæc, ET ANGELI EIVS CVM ILLO MISSI SVNT; Angelos existimandos reputaui; quos enim prius stellas vocauit, postea Angelos declarauit; vide Benignissimè lector authoritatẽ magnitudinemq; Draconis, quem associata, sequutaq; est tertia pars Angelorum Cœli. Quod autem per caudam exercitus, siue sequella intelligenda sit, Isaiæ textus cap. 7. suadere videtur: ibi, noli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium, in ira furoris rasin Regis Sirie, & filij Romeliæ; nam si exercitus sequentes rasin, filiumq; Romeliæ, dicti sunt cauda eorum, quare non similiter per caudam Draconis, exercitus Angelorum sequentes eum, intelligemus?

Et sicut Antichristi cauda, Isaiæ cap. 9. ibi, longeuus, & honorabilis ipse est caput, & propheta docens mendacium ipse est cauda, quidam propheta seducturus gentes ad sequendam Bestiam, cui gentes crediture sunt; vocatus fuit; non quod propheta futurus sit, sed agentibus pro Propheta reputandus; sic facile existimare est cum sint idem signũ Antichristus, & Draco; Cherub. aliquem in cœlis habuisse qui ad sequendum eum tertiam partem Angelorum cœli traxerit; si cauda Draconis dicti sunt Angeli qui cum eo de cœlo deiecti sunt; & tertia pars Angelorum Draconem sequuta est; nõne Draco Magnus erat in cœlo; antequàm propter testimonium Christi deiiceretur, cum eandẽ caudam quam trahebat in cęlo, etiam in hoc mundo; antequã veniret Christus traheret: propter quam dicebatur in cęlo quia nemo ferè vincebat eum; neque Angelos malos illum sequentes.

Sed de cauda Antichristi videamus; Principaliter cauda Antichristi, secunda Bestia dicenda est, de qua D. Ioãnes Apoca. 13. loquitur. Persona de qua Isaias. d. c. 9. locutus est; quia ista secunda bestia gẽtes seductura est, facietq; eas adorare primam bestiam; quia propter eam gentes primam

mam beſtiam; ſequentur & adorabunt; quia cauſa caudæ futura eſt: Ratio autem quare ſecunda beſtia cauda Antichriſti futura ſit, hæc eſt; Quia reputabitur propheta a gẽtibus; ſicut docet D. Ioannes Apoca. 16. & 19. ibi; Et appræhenſa eſt beſtia, & cum eo pſeudo propheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt charactherem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius; Non enim vocaſſet D. Ioannes ſeductorem gẽtium pſeudo prophetam, niſi ſeductor ille a ſequentibus beſtiam pro propheta iudicãdus foret. Non enim ſi quis ſeducit populos pſeudo propheta dicitur; ſed ita ſi a populis & gẽtibus pro propheta habeatur. Aduertite Domini lectores hæc potiſſima eſt ratio, quare ſecunda beſtia Antichriſti cauda dicenda ſit, & propheta vocanda veniat; quia iſte ſeductor qui faciet adorare primam beſtiam duo cornua ſimilia agni D. Ioan. cap. 13. habiturus dicitur, facturusq; ſigna magna proponitur; propterea quia habebit duo cornua ſimilia Agni; Signaq; magna facturus eſt: dicet ſe prophetam de quo loquutus eſt Moyſes; prophetam ſimilem Moyſi; Propter hæc propheta a gentibus credendus eſt; propter duo cornua, quæ habiturus eſt, propter ſigna quæ ab eo facienda ſunt. Hac de cauſa vocat D. Ioannes ſeductorẽ gentium pſeudo prophetam; quia a gentibus reputabitur ſimilis Moyſi, propheta de quo locutus eſt Moyſes; Facile enim dignoſcere eſt, quod cum habitura ſit duo cornua iunctis ſignis, poteſtateq; quam habitura eſt ſuper terram; quod vocanda ſit propheta a gentibus propheta ſimilis Moyſi; Propheta de quo loquutus eſt Moyſes. Si enim dixiſſet D. Ioannes, beſtiam ſecundam, habituram duo cornua ſimilia Moyſis, vel qualia habebat Moyſes, quomodo pſeudo propheta vocari potuiſſet. Prima facie, quia Chriſtus Agnus habens cornua ſeptem idest ſeptem ſpiritus Dei dictus eſt; Secunda beſtia propter cornua, duas virtutes, & qualitates Chriſti quibus regere poſſet fraudes ſuas habitura videbatur:

turus de spiritu sancto, scilicet, sicut habebat Moyses, qui per cornua Christi & Moysis intelligendus est, tamen hic Intellectus nunquam placere potuit; quoniam si de spiritu sancto habitura esset secunda bestia, nõ potuisset vocari seductrix neque pseudo propheta: quia dominus veritas est, tum cũ nulla conuentio Christi cũ Belial sit, nulla participatio luci ad tenebras, hæc interpretatio admittenda non videtur. Alioquin Christum vel Deum, in diebus bestiæ authorem futurum perditionis hominum: authorem infidelitatis fautoremq́; draconis futurum, quod absit dicere; cum propugnator Christus ad saluãdum, sit, profiteremur. Prætereca cum omne regnum inter se diuisum desolandum sit, si de spiritu & potestate Dei frueretur bestia secunda, Regnum Dei & Christi destrueretur.

Quapropter rectius dicemus secũdam bestiam habituram duo cornua, qualia solent habere Agni non autem qualia habebat Moyses. Admonent per hãc prophetiam D. Ioãnes gentes ne credant secundam bestiam propter cornua, & signa esse prophetam similem Moysi, eam personam de qua loquutus est Moyses: Si propter cornua & signa, secunda bestia gentes seductura, futuraq́; cauda Draconis est arguendo de similibus ad similia, per caudam Draconis aliquem ex Angelis, qui seduxerit tertiam partem Angelorũ cœli, ad sequendum cherub, intelligere debemus.

Et misit eas in terram.



T scilicet tentarent eos qui de terra sunt, qui ex sanguinibus, & ex voluntate carnis, & ex voluntate viri nati sunt; Sicut .n. Dñs Iesus SS. Apostolos suos in omnẽ terrã, ad pdicandũ Regnũ Dei, ad docẽdã iustitiã eius misit: Similiter Draco ante misit Angelos suos malos; super terram ad seducendas gentes, ne deceptæ postea verbum Dei seminandum ab Apo-

sto-

stolis, & discipulis Christi, recipere, retinere, siue custo-
dire posset.

Et Draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius deuoraret.



EA ratione stetisse Draconem antē mulierem dicendum videtur, quia nomen eius, & gloria, per longissima tempora ante aduentum Christi perdurauerat; Nam ante mortem Christi, in omnibus gentibus, & sæpe etiam in Iudea Idola & Demonia adorabantur. Propterea Draco dicebatur stare, quia non erat qui in iustitia repugnaret ei, & vinceret illum, qui postea per mortem Christi victus, & propter testimonium eius eiectus de cęlo, fuit. Idest de gloria & potestate eius; Quæ videbatur in cęlo stare: vt ex hoc textu concludimus, ibi. NVNC FACTA EST SALVS CVM SEQVENTIBVS.

Et ideo dicit D. Ioannes Draconem stetisse ante mulierem quæ erat paritura: vt inter mulierem amictam sole, & eam quæ erat paritura differentiam constituat; Nam illa quæ erat amicta sole Christum paritura non erat; Sed futura corona Christi, & sic iam Draco stetisse præsupponitur; cum vxor Agni ædificari cępit; quæ per prædicationem Apostolorum, vt Apoc. cap. 21. fundari cępta est: vnde non potest dici Draco stetisse ante eam, quæ non erat, quamuis futura esset: Alioquin si diceremus stetisse Draconem ante mulierem amictam sole, cum nondū venerit spōsa Agni; Profiteremur Draconem etiam nunc stare; qui cum eiectus fuerit de cælo, postquam mulier peperit masculum; nunc stare dicendus non est; & sic indistincte ante mulierem amictam sole, stantem dicere non possumus, sed an-

ante mortem Christi, ante Euangelij prædicationem tantum.

Si mulier quę masculum peperit, quæ nunc deserta est, stetisse dicitur, cum amplius non stet; quoniam desolatio eius vsque ad consumationem sęculi, perseuerare debet, Draco dicendus est stetisse ante eam, idest antequam deso laretur Hierusalem; vsque quo mulier efficeretur parturiens; antequam diceretur mulier quæ paritura erat stetisse: non autem ante vxorem Agni; alioquin fateremur Dracone etiã nunc stare; & stare debere vsquequo veniat vxor Agni; simulque in textu D. Ioannis legendum foret, & stetit ante mulierem amictam sole.

Constat igitur de diuersis mulieribus D. Ioannem, locutum fuisse; Nam si vna, & eadem foret mulier amicta sole, & quæ peperit masculum, non adiecisset D. Ioannes illa verba quæ erat paritura; sed tantum dixisset; & Draco stetit ante mulierem; quamobrem cum omnis dictio aliquid operari debeat, diuersarum mulierum propositas visiones intelligemus; quarum vna ciuitatis nouę sanctęque, altera vero ciuitatis Hierusalem nunc derelictè demonstrata est.

Dicitur igitur Draco stetisse vsquequo Christus passus est, & ideo dicitur stetisse; quia ante aduentum Christi cum adoraretur in vniuersa terra esse videbatur. Nam si de gloria Antichristi quæ per tempus, tempora, & dimidium tem poris duratura est; Apoca. cap. 17. scriptum reperitur quod erat, & non est; Non mirum si dictus est Draco stetisse ante mulierem quæ erat paritura, id est, ante natiuitatem Christi; cum per longissima tempora in idolis, semper gentes seduxerit; propterquam idolatriam erat, & nunc non est; quia post aduentum Christi victus est; eiectusq; propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui; & quia propter testimonium eius millia millium Sanctorum non dilexerunt animas suas vsque ad mortem, id est, propter Christum mortem veriti non sunt: stetit igitur Draco

ante mulierem quæ erat paritura, id est antequam mulier pareret masculum; filium Dei, scilicet qui raptus est ad Deum, & ad Thronum eius.

Ut filium eius deuoraret.

PUTAVIT Draco cum adhuc staret: cum in vniuersa terra; adoraretur propter potētiam suam, non tantum persecutionibus; & tentationibus posse vincere ecclesiam Christi; sed etiam vincere ipsum filium Dei. Et id certius posse ei accidere quam contigisset in cęlo, propter humanitatem quam assumpturus erat, quia hominem vsque tunc vicerat: crediditque post eidem oblata omnia regna mundi quę sibi in idolorũ cultura seruiebant; seductũrum victũrumque illum, & quod cadens adoraturus esset eum: Noto ex his verbis, ET DRACO STETIT ANTE MVLIEREM QVAE ERAT PARITVRA, Christum in Iudęa nasci debuisse; quia hic dicitur filius mulieris parturientis. Cõcordat tex. Isa. cap. 9. & Mich. 5.

Et peperit filium Masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, & raptus est filius eius ad Deum, & ad Thronum eius.

RECTE igitur dixit D. Ioannes signum Magnum in Cœlo; quia cum sedeat in Throno Dei, omne Dei iudicium habere dicendus est.

Qui

Qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.


ONCORDAT textus Dauid Psal. 2. ibi Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos; ex his verbis, omnimodam in coelo; in terraque potestatem Christo, datam iudico: in eundem omnem coerctionem translatam censeo. Per virgam enim coerctio; corrigendive potestas intelligenda est; quia inquit Dauid virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et per correctionem, iudicium interpretor iudicium, & iustitia inquit Dauid, Psal. 96. correctio sedis eius; per iudicium autem damnationem æternam, intelligendam fore receptissimum videtur: sicut ex D. Ioannis Euãgelio notaui, ibi quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudiciũ non venit; sed trãsit de morte ad vitam: tum per illa verba. Et qui non credit iam iudicatus est. Igitur Christus omnes infideles, qui per gentes intelligendi sunt, iudicio, id est gladio mortis æternæ, recturus est, consequenterque per virgam omne Dei iudicium habere dicendus est.

Inquit textus QVI RECTVRVS ERAT OMNES GENTES IN VIRGA FERREA. Duplici modo virga Christi consideranda est. Primò enim virga quam exercet, exerciturúsque est in aduersantes sibi, & Ecclesiæ eius, virga ferrea, vt Dauid Psal. 2. dicenda est: quæ & Psalm. 109. virga virtutis eius dicitur: ibi virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon dominare in medio inimicorum tuorum: quia virtutem & potestatem contra inimicos suos exercet; Secundo virga, qua supra regnaturos secum, qua dirigit mansuetos in iudicium, & docet mites vias suas, imperat virgam directionis appellandam censeo; prout Psal. 44. Dauid docere videtur; ibi, sedes tua Deus in seculum

feculi, virga directionis virga regni tui, hac vtitur fupra fideles timentes eum, & fic non eodem iudicio quo contra impios, & infideles.

Poffent & hæc verba, QVI RECTVRVS ERAT OMNES GENTES IN VIRGA FERREA. Hanc declarationē accipere id eft, qui ad voluntatis fuæ libitum, omnes gentes recturus erat. Nam cum omne Dei iudicium Chrifto datum fuerit, vt ipfe D. Ioannis cap. 5. inquit: Ifa. cap. 9. Hiere. 33. Ezech. 21. cap. ibi, & hoc non factum eft donec veniret cuius eft iudicium, & tradam illi: Omnia per manus eius dirigenda promiffa videntur.

QVI RECTVRVS ERAT OMNES GENTES IN VIRGA FERREA. Id eft, qui perpetuo imperio fupra omnes gentes; regnaturus erat; ficuti enim ferrum per multa annorum curricula validum, & forte permanet, quafi immortale eft, vt aliter dicam, indeficiens videtur; ita fumpto à ferri æuo argumento, æternū imperium Chrifti fupra omnes gentes futurum prædicitur: non autem fic hæc verba, Quod Chriftus victurus fit gentes ferro, & bello intelligenda videntur. Quoniam ficut non faluat Dominus in gladio neque in hafta, vt fcriptum reperitur Reg. lib. 1. cap. 17. & Ofee cap. 1. ibi, Et domui Iuda miferebor, & faluabo eos in Domino Deo fuo, & non faluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. Quoniam non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibijs viri beneplacitum erit ei, vt Dauid Pfal. 148. ita Hafta, & ferro, non vincit: fed fpiritu fuo; vt Zacha. cap. 4. ad Zorobabel dicens docet. Non in exercitu neque in Robore, fed fpiritu meo dicit Dominus exercituum: fpiritu igitur fuo, Dominus Iefus aduerfarios fuos vincit victurúfque eft; ficut Ifa. cap. 11. comprobari hoc vidimus, ibi. Et percutiet terram virga oris fui, & fpiritu labiorum fuorum interficiet impium; fi virga oris, & fpiritus fui inimicos fuos Dominus percutit ergo non hafta neque ferro; Præterea fi gladius

dius Domini infernus est,non igitur hasta neque ferro; vi-
ctūrus est; Quod autem per gladium Domini infernus in-
terpretandus sit,suadere Ezech.cap.31. per sequentia ver-
ba videtur, Hęc dicit Dominus in die quando descendi ad
inferos induxi luctum,operui eum abysso, & prohibui flu-
mina eius,& coercui aquas multas,& contristatus est supra
eum libanus. Et omnia ligna agri concussa sunt, à sonitu
ruine eius commoui gentes, Cum deducerem cum ad in-
fernum;cum his qui descendebant in lacum, & consolata
sunt in terra infima omnia ligna voluptatis,egregia atque
præclara vniuersa quæ irriganturaquis. Nā & ipsi cum eo
descēdūt ad infernū,ad interfectos gladio,& gladiū vniuſ-
cuiusq; sedebit sub vmbraculo eius,in medio nationū eius.
Cui assimillatus es,ô,inclite atque sublimis inter ligna vo-
luptatis; ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram
vltimam; in medio incirconcisorum dormies,cum eis qui
interfecti sunt gladio,ipse est Pharao , & omnis multitudo
eius dicit Dominus Deus:ex hac prophetia,& Ezech.cap.
32.Quis sit gladius Domini,& consequenter virga eius di-
gnoscere possumus.Hoc bello,& virga, inferno videlicet,
Christi hostes expugnari,30.cap.Isaias nos docuit,inquit,
ille Auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terro-
rem brachij sui ostendet in comminatione furoris,& flam-
ma ignis deuorantis,allidet in turbine,& in lapide grandi-
nis,a voce enim Domini pauebit Assur virga percussus, &
erit transitus virgæ fundatus quam requiescere faciet Do-
minus super eum;in timpanis,& citharis, & in bellis præci-
puis expugnabit eos.Pręparata est enim ab heri tophet, à
Rege præparata profunda, & dillatata, nutrimenta eius
ignis,& ligna multa flatus Domini:sicut torrens sulphuris
succēdens eam, Ex hoc Isaie cap.quod sit Bellum,& virga
Christi,contra quosve virga exercenda sit,colligere possū-
mus;per eam enim correctionem iudicium, siue damnatio
nem vel infernum interpretamur. Et propter virgam, &

sceptrum

ſceptrum quod geſtare dicuntur reges, quibus imperium eorum demonſtratur, virga etiam ipſi nuncupantur: hac de cauſa Dominum Ieſum, Iſaie 11. virgam vocatum fuiſſe exiſtimo, dominatorem ſcilicet, & Regem propter virgam, ſiue iudicium quod exercere debet.

Et mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi paſcat eam diebus mille ducentis ſexaginta.


X hac particula, Iudęam in deſertum vertendam fuiſſe infertur, Prophetæ enim poſt mortẽ Chriſti, vaſtandam Hieruſalem, in ſolitudinẽmque redigendam, prædixerunt. Propterea D. Ioãnes Iudæam verſam in deſertum, ſicut Prophetæ, euertendam, ꝑdixerũt; & in deſertum locum conuertendam, per hanc viſionem pronunciat.

Inquit D. Ioannes, & mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi paſcat eam diebus milleducentis ſexaginta.


I s verbis deſolationem Iudeæ D. Ioannes vſque ad conſummationem, & finem mundi, vſquequo veniant dies milleducenti ſexaginta, id eſt, vſque ad tempus, tempora, & dimidium temporis perſeuerare debere admonet: tempora enim, & tempus & dimidium temporis nil aliud niſi dies milleducenti ſexaginta,

xaginta, nisi menses quadraginta duo sunt. Quod autem dierum milleducentum sexaginta appellatione in hoc textũ tempus, tempora, & dimidium temporis, menses quadraginta duo intelligi debeant D. Ioannes hoc cap. ibi, vbi alitur per tempus, tempora, & dimidium temporis, à facie serpentis declarat. Nam si in diebus nouissimis Iudei in deserta Iudea diebus milleducentis sexaginta alendi sunt. Alendíque à facie serpentis per tempus tempora, & dimidium temporis, dicantur, quæ tempora in diebus nouissimis vt Dan. 12. futura sunt in quibus Antichristus, vt D. Matth. 24. & Ezech. 38. venturus est; ergo cum alendos Iudeos in nouissimis diebus, per tempus, tempora, & dimidium temporis dicimus, in eisdem scilicet diebus milleducentis sexaginta, pariter alendos intelligimus: ergo tempus, tempora, & dimidium temporis, dies milleducentos sexaginta significare credendum est, ergo idem dies sunt, quia omnes hi dies, & tempora in nouissimis diebus futura sunt, quia tantum menses quadraginta duos vt Apoca. 13. Antichristus, facturus est; id est, omnia iuxta voluntatem suam exequuturus, quod nihil aliud dicere est, nisi quod durante termino dierum milleducentum sexaginta, facturus aliturúsque Iudeos est; Quapropter vt verba D. Ioannis in hoc textu conueniant; ita concordanda videntur, quod tempus, tempora, & dimidium temporis, hoc initio dierum incipiant, & termino finiantur, quo dies milleducenti sexaginta. Ne in hoc absurdum incidamus, quod Antichristus facturus sit menses quadraginta duos, post dies milleducentos sexaginta, & tertiò, per tempus tempora, & dimidium temporis.

Si diebus milleducentis sexaginta, id est, in nouissimis diebus in Iudea quæ diu deserta stetit, alendi Iudei sunt necessario Iudeam vsque ad dies nouissimos desertã permanere debere, vt bene de ea prophetauit Dan. cap. 9. Itẽ quod Iudæi reddituri sint in patriam in nouissimis diebus inferendum sequitur.

Vbi

Vbi habebat locum paratum à Deo.



VOD Iudea post mortem Christi vastari, in solitudinemque redigi deberet, notissimum in diuinis scripturis est, ita vt allegatione nõ egeat, sed ne ignorãtiæ crassę ascribatur hoc ex Mich. cap. 5. firmo Osee 3. Isa. 1. & 6. Zacha. 9. Dan. 9. Dauid Psal. 68. Item Isaiæ 49. ibi. Adhuc dicenr in auribus tuis filij sterilitatis tuæ, angustus est mihi locus, fac spacium mihi vt inhabitem, & dices in corde tuo quis genuit mihi istos, ego sterilis, & non pariens transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit ego destituta & sola. Tum ex eiusdem capituli verbis hoc comprobari videtur, ibi deserta tua & solitudines tuæ, & terra ruinę tuæ, nunc angusta erunt, præ habitatoribus, & lõge fugabuntur qui absorbebant te; & cap. 35. lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Præterea ex verbis cap. 54. prædicta cõfirmari videntur, ibi lauda sterilis quæ non paris decanta laudem hinni quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ magis, quam eius quæ habebat virum: & semen tuũ gentes hęreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit, noli timere quia non confunderis neque erubesces, non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis; Iudeamque desolandam, ac in solitudinem redigendam manifestare, cap. 62. his verbis Isaias videtur. Nõ vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitata; quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur: Cum hæ prophetiæ in nouissimis diebus verificari debeant; sequitur, quod antea in desertum, solitudinemq; sibi a domino promissam, vsque ad consumationem sæculi paratã, vsquequo veniant tempus tempora & dimidium temporis vsque aduentum Antichristi redigi debeat, & vere nũc

Iudea deserta, in solitudine manes dicitur cum eius vastatio, solitudóq; per mille ac quingentos annos perseueret. Quod autem solitudinis appellatione, locus desertus intelligendus sit; Isaie verba, cap. 60. significare videntur ibi; gens enim, & regnum quod non seruierit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur; ecce per solitudinem per quam locus redigitur in desertum vastationem inferri; Itē quod per solitudinem locus desertus inferendus sit, Paralipe. lib. 2. cap. 1. aperte satis demonstratur, ibi, & abijt cum vniuersa multitudine in excelsum gabaon, vbi erat tabernaculū fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei, in solitudine, & sic in deserto; sed quod per solitudinem locus derelictus intelligendus non sit, nullam cōtrarietatem, pati videmur.

Sed quis sensus ex allegato Dan. cap. 9. resultet videamus, & breuiter talis declaratio affertur. Quod ex quo Hierusalem a transmigratione Babylonis post eius reedificationem desolata fuisset, semper eiusdem ciuitatis vastitatem perseuerare debuisse, sicut perseuerat; vsquequo impleantur dicta Prophetarum, vsque ad dies nouissimos, vsque ad tempus finis, vsque ad nouissimam maledictionem: illa inquam ratione hoc assero; quia si desolatio continuari debet vsque ad consummationem, & finem, si in tempore finis visio implenda est vt Dan. 8. sequitur Iudee solitudinem vsquequo impleantur dicta Prophetarum durare debere; quæ tunc cum venerit Antichristus, cum appropinquabit aduentus eius implebuntur. Dixi vsque ad dies nouissimos, Quia si continuari vastitas vsque ad tempus finis debet, vtique ergo vsque ad dies nouissimos; Dixi vsque ad nouissimam maledictionem, Quia tempus nouissime maledictionis, & tempus finis per eodem tempore, vt Dan. 8. ponuntur vnde si desolatio perseuerare debet vsque ad tēpus finis ergo vsque ad nouissimam maledictionem, quæ ventura est in nouissimis diebus; Igitur vsque ad dies Be-

ſtiæ, vt Ezech. 38. vſquequo veniant dies milleducenti ſexaginta.

Vt ibi paſcat eam diebus mille ducentis ſexaginta.

DE hac particula alibi tractabimus;ibi, vbi alitur per tempus tempora, & dimidium temporis, à facie ſerpentis.

Et quia D. Ioannes ſe vidiſſe in cœlo Draconem magnum, mittentem ſtellas ſuas in terram;ſtantem antequam Chriſtus naſceretur dixit, Nunc per hanc clauſulã. ET FACTUM EST PRAELIVM MAGNVM IN COELO, cum ſequentibus vſque ibi, & datæ ſunt mulieri alæ duæ Aquilæ, magnæ, D. Ioannes, declarando qualiter eiectus Draco, de cęlo fuerit procedit, qualiter de gloria ſua ceciderit, enarrat: inquit Ioannes.

Et factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli eius pugnabant cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt; neque inuentus locus eorum amplius in cœlo, & proiectus eſt Draco magnus, ſerpens antiquus qui vocatur diabolus, & ſatanas qui ſeducit vniuerſum orbem, & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſsi ſunt, & audiui vocem magnam in cælo dicentem, nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas

stas Christi eius; quia proiectus est accusator fratrum nostrorum; qui accusabat illos in conspectu Dei nostri, die ac nocte, & ipsi vicerunt eum in sanguine Agni, et propter verbum testimonij sui, & non dilexerũt animas suas vsque ad mortem. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis, Ve terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam; sciens quia modicum tempus habet.



ICAMVS igitur cum D. Ioanne, nunc princeps huius mundi eiectus est foras; Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus continuo clarificabit eum, si per martyrium Sanctorum meritis sanguinis Christi, Draco de gloria qua ante aduentum Christi fruebatur eiectus est, ergo per ipsa Christus etiam clarificatus est. Neque hic Draco eiectus de cælo, id est, de gloria quam habebat cum esset Cherub, cum ad huc esset in gloria Dei, eiectus intelligendus est: sed de cælo, id est, de gloria qua super terram priusquam Christus nasceretur, gaudebat; Istud enim prælium post mortem Christi factum præsupponitur, cum virtute sanguinis ipsius, in textu fideles vicisse Draconẽ, dicantur. a morte. n. Domini Iesu martyriũ ferre fideles, & pro nomine Christi tradere morti animas suas cęperunt; propter quorum mortem Draco vinci dicitur. Noto Draconẽ a fidelibus vinci cum pro testimonio Christi animas suas vsque ad mortem, non diligunt. Noto etiam vt saluẽtur fideles, cum dracone Angelos pugnare, & victoriã nostrã cum dracone, ex nobis non esse, sed per virtutẽ sanguinis Christi: cuius pretio redem-

pti sumus, nunc facta est salus, Dicitur facta salus, quia venit princeps huius mundi; quia princeps huius mundi Draco, propter sanguinem Christi, eiectus est foras; quia cecidit de gloria sua, quia non amplius, sicut ante aduentum Christi adoratur super terram.


Et postquam vidit Draco quod proiectus esset in terram, persequutus est mulierem quæ peperit masculum.


D est persequutus est Draco, Iudeam ex qua natus est masculus de quo supra meminit, text. scilicet filius Dei; Iudeos inquam, persequutus est, sæpenumero.n.continens pro contento ponitur. Persequuturum igitur Iudeos, draconem inquit Ioãnes; quali autem persequutione ponit infra, hac inquam vt eos fornicari faciat alium scilicet in Christum eligere; quoniam fornicantibus Iudeis, quod omnes gentes cũ eis fornicentur, futurum est; propterquam draco se amplius propter sanguinem Agni non superandum, putat; quia cessante fide Christi, in gloriam suam se rediturum existimabit. Persequetur igitur draco Iudeos vt in cęlum, id est, in gloriam suam a qua deiectus est propter sanguinem Agni redeat.

Et ideo Ioannes dicit, quod persequutus est draco mulierem quæ peperit masculum, vt se diuersas vidisse visiones; ostendat diuersamq; visioné mulieris Amictæ sole, ab ea quæ peperit masculum, aliam parturientis, & aliam amictæ sole; Iudeam enim quæ peperit masculum, draco quidé persequi poterit; amictam verò sole nequaquam, & hęc faciunt ad ea quæ dicta sunt in versiculo: & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura.

Et

Et datæ sunt Mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus tempora, & dimidium temporis a facie serpentis.



SVPRA D. Ioannes Mulierem fugisse in solitudinem inquit, hic autem postquā Draco victus est, datas fuisse mulieri, alas duas Aquilæ Magnæ, vt rediret in desertum, in locum suum ait: Hæc verba nihil aliud significare videntur, nisi Iudeis ad iutorium magnum, vt reuertantur in patriam suam, ad habitandam eam, dandum fore. Neque hæc verba D. Ioānis sic intelligenda videntur, quod Iudea iterum versa in desertum fuerit; quia cum iā dixerit desertam, & locus desertus, iterum in solitudinem desertūq; redigi non possit, dicendum non est, quod iterum Iudea in solitudinem fugerit, sed potius magnum auxilium præstitum Iudeis fuisse, vt quam celerrimè in locum suum desertum redirent. Per alas enim Aquilæ magnæ Auxilium tutelamq; magni regis, siue dominatoris intelligo, regulariter enim appellatione alarū protectio custodiaq; intelligenda venit. vt Dauid Psal. 64. ibi & in velamento alarum tuarum exultabo, & psal. 17. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Et per alas exercitus & populi intelliguntur: vt Isa. cap. 8. colligitur, ibi. Et erit extensio alarum eius implens latitudinē terrę tuę, O, Emanuel: Similiter per alas Ezech. cap. 1. ibi, Et audiui sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonus erat multitudinis quasi sonus castrorum: & D. Ioannis Apoca. cap. 4. exercitus Angelorum intelligendi videntur: Quod autem per aquilam magnus rex interpretandus sit, ex his quæ idem Ezech. cap. 17. scribit; Vbi per

Aquilam Pharao & Nabucodonoſor reges intelliguntur, manifeſtè liquet.

Sed quod Iudei in patriam ſuam, in nouiſſimis diebus, reddituri ſint. Ioan. Apoc.xj.docere videtur, ibi,& cum finierint teſtimonium ſuum beſtia quę aſcendit de abyſſo faciet aduerſus eos bellum,& vincet illos, & occidet eos, & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter ſodoma & Egyptus; vbi & Dominus eorum crucifixus eſt; Si teſtes Dei occidēdi in ciuitate magna; vbi & dominus eorum crucifixus eſt,præſuponuntur; ergo reedificandam Hieruſalem in latitudine & opulentia magna fateri poſſumus, quoniam per hæc verba, redditū Iudeorum admittere D.Ioannes videtur; ſi alius venerit in nomine meo illum accipietis;dixit Dominus Ieſus,ſi ſuſcepturi ſunt Iudei Antichriſtum,vbi venientem niſi in Iudea ſuſcipient: ſed & reedificandam in nouiſſimis diebus Hieruſalem a Iudeis cap.3.Daniel teſtari videtur, in illa inquā particula,& rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum; de intellectu quorum verborum diſcutiamus.

Breuiter ſic dico, Propoſuit Angelus Dan.vt d.cap. habetur,bis Hieruſalem ædificandam. Iterum ſcilicet ab exitu ſermonis eius vſque ad Chriſtum,poſt mortem eius,hāc vaſtandam; perpetuamq́; vaſtitatatem ſupra eam vſque ad conſumationem & finem futuram prædixit. Quapropter quod præſens vaſtatio mortem Chriſti, ſequuta ſit, ſequitur; quia ſi Chriſtus nō veniſſet ſemper Iudea, ex quo poſt tranſmigrationem Babylonis ædificari cępta eſt; ſtetiſſet, ſemper quæ a populo Iudeo cum ædificanda eſſet, vſq;ad Chriſtum, habitata fuiſſet.

Secundo Angelus Hieruſalem rurſum ædificandam, in Anguſtia temporum per hæc verba & rurſum ædificabitur platea,& muri in Anguſtia temporum, propoſuit. In Anguſtia temporum inquam,id eſt in nouiſſimis diebus;in quibus properabit finis; & conſumatio huius ſæculi: In angu

ſtia

ſtia temporum, quia tunc breuiabuntur dies huius ſæculi, In anguſtia temporum, cum properabunt Anguſtiæ, quales non fuerunt a conſtitutione mundi,neque fient vt dixit Dominus Ieſus: & quod per hanc, Dan. particulã Hieruſualem ædificandam in fine temporum intelligere debeamus, ratio ſequens ſuadere videtur. Quoniam hæc clanſula ante aduentum Chriſti verificari non poteſt; Primum.n. Angelus reedificandam ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtum dixit, Quapropter ſi iſta clauſula & rurſum cum ſequentibus verbis clarificanda ante mortem Chriſti intelligeretur;binã Angelus ædificationem Hieruſalem ante aduentum Chriſti nunciaſſe; & ſic ſibiipſi contrarius extitiſſe; videretur, Cum prius dixerit, iterum ædificandam ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtum; & ſic ſemel tantum ante mortem Chriſti,ædificãdã;ſequeretq; ſi bina ædificatio ante mortẽ Chrſti interuenire debuiſſet, aliquam interponendam fuiſſe deſolationem,ciuitatis Hieruſalem quæ tantum,vt dicit textus.d.cap.9.venire debuiſſe poſt mortem Chriſti præſupponitur.

Quinimmo ſi Angelus, ædificandam Hieruſalem, ante aduentum Chriſti, per hanc clauſulam, & rurſum ædificabirur platea & muri in Anguſtia tẽporum dixiſſet. Hæc verba inquam ſuperflua redderentur, quia iam Angelus in particula præcedeuti, incipiente Scito ergo, Hieruſalẽ iterum conſtruendam ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtũ dixerat; vt igitur contrarietas, cũ abſurditate, verborũq; ſuperfluitas euitetur, illã particulam, & rurſum,cum ſequẽtibus,verificandam in fine temporum, & ſic Hieruſalem reedificandam aduenientę fine tpum intelligere debemus.

Præterea ſi per hanc clauſulam, & rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum, iuncta clauſula præcedenti,bis Hieruſalem ædificandam ante aduentum Chriſti dicerem; rem incompatiblem inconuenientemq; adducerem; Proponerem enim anguſtiam temporum annos ſcilicet

licet

licet nouissimos aduentum & mortem Christi, præcedere debuisse. Aduentum Christi longo tempore post annos nouissimos, post ebdomatas sexaginta duas, futurum fuisse. Antichristumq; qui in diebus nouissimis venturus est, vt Ezech. 38.& Matth.24.ante aduentum Christi venturum fuisse: Si præsentē vastationē daremus ante aduentū Christi; nullus vnquam fere finis desolationis Hierusalem poneretur, prolixiorem enim desolationem Iudeæ annos nouissimos sequturam diceremus, bis finem dierum venturum concluderemus. Quapropter hanc clausulam & rursum cum sequentibus ante aduentum Christi, clarificari non posse, a Christi morte vsque ad consumationem & finem sæculi, dicendum videtur: Quia a morte Christi, post tēpora in Danielis prophetia statuta, desolatio Iudeæ, vsque ad consummationem & finem seculi perseuerare debet: Igitur hæc clausula, & rursum, cum sequentibus, in nouissimis diebus, & sic in fine tēporum clarificanda est: quia tunc verè angustia temporum erit, cum pauci superérint dies præsentis sæculi; si tunc clarificabitur hæc prophetia, necessariò Iudeos in *nouissimis* diebus reddituros in patriam dicendum videtur. *Ita* Danielem, salua semper in omnibus meis annotationibus, S. Matris Ecclesiæ correctione, & interpretatione interpretor.

Sed si aliquis quæreret; An sub potēti manu Antichristi Iudei in patriam suam reddituri sint (salua semper sanctæ matris Ecclesiæ opinione.) dicendum videtur quod non, propter fundamentum, quod ex Hierem. cap. 18. sumitur, ibi; Adduces enim super eos latronem repente, p quem latronem Antichristum, qui venturus est, quā hora non putabunt Iudei, intelligo; qui venturus est; sicut fur. vt recte verba Domini Iesu, cum propheta conneniant, qui cum se venturum qua hora non putamus, ostendere vellet, inquit (si bene memini veniā, sicut fur.) id est sicut Antichristus, qui repente more furum venturus est: sed clarius int


tionem nostram. 38. Ezech. cap. probare videtur, ibi; Post multos dies visitaberis in nouissimo annorum venies, ad terram quæ reuersa est a gladio, & congregata est de popu lis multis, ad montes Israel, qui fuerunt deserti iugiter; hæc de populis educta est, & habitabunt in ea confidenter vniuersi; Ascendens autem quasi tempestas venies; & quasi nu bes vt operies terram; Tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum; Hæc dicit dñs Deus, in die illa ascendent sermones super cor tuum; & cogitabis cogitationem pessimã; Et dices ascendam ad terram absq; muro, veniam ad quiescentes habitantesq; secure; Hi omnes habitant sine muro vectes, & portæ, nõ sunt eis, vt diripias spolia, inuadas præ dam, vt inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerũt; & postea restituti; & super populum qui est cõgregatus ex gentibus, qui possidere cępit, & esse habitator vmbilici terræ; & eodem capitulo ibi; Nunquid non in die illo cum ha bitauerit populus meus Israel confidenter; scies, & venies de loco tuo, a lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecũ, Ascensores æquorum vniuersi, cętus magnus & exercitus vehemens, & ascendes super populum meum Israel; quasi nubes vt operias terram, in nouissimis diebus eris; & adducam te super terram meam, vt sciant gentes me, cum sanctificatus fuero, in oculis eorum, o, Gog. Hæc dicit Dominus, Tu ergo ille es de quo loquutus sum in diebus antiquis, in manu seruorum meorum prophetarum Israel; qui prophetauerunt in diebus illorum temporum, vt adducerem te super eos: Iste Ezechielis textus clarissimus est, ex hoc enim textu prius Iudeos restituẽdos in patriam; quam supra eos ascendat Antichristus, ascensurus ad eos, cum cęperint quiescere, probari videtur. Quapropter congregandos fore ab illo Iudeos, Hoc est vocandos in patriam, dissentire videmur.

Sed & Iudeos non solum restituendos in patriam suam, in diebus nouissimis, sed etiam futuros fideles Oséas cap.

3.testatur, ibi. Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum,& Dauid regem suum; & pauebunt ad Dominum,& ad bonum eius in nouissimo dierum,Si re uertentes quærẽt dominum Deum suum,& Christum Dauid regem suum;ergo ante aduentum Antichristi reuersuri sunt;quia sub eo Dauid regem suum non quærent. Diligẽter hanc prophetiam domini lectores pōderatæ, quoniam multum cum præallegata sententia, facere videtur. Nam si ad fidem,conuertendi sunt,vt latius infra videbimus,in illa textus particula,& iratus est Draco in mulierem,& abiit facere prælium cum reliquis de semine eius; Q̄uo ab infideli Antichristo, congregandi sunt. Nunquid Antichristus fideles congregaturus est. Nequaquam sed vastaturus & qđ conuertẽdi sint,D.Ioā.Apoc.xj.satis probare vr;ibi, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duo bus,iuncto principio textus. Nam si ciuitas Hierusalem.d. cap. ędificanda est, vt supra diximus, & hæc sancta futura est, ergo conuertenda videtur.

Non videtur obstare Amos prophetia cap. 2. ibi super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor nōn conuertā eū; pro eo quod vendidit pro argento iustū, & pauperem pro calceamentis, quia ista Iudeorum restitutio in patriam, re stitutio dicēda non est,cum breui tempore durare debeat; cum simul cum bestia,quā adoraturi sunt pro Christo igni reliquijs tantum relinquendis,comburendi sint: Præterea Amos prophetia ita intelligenda videtur, non conuertendos fuisse Iudeos ad fidem Christi in primo eius aduentu, quia illum vendituri erant.Et hęc mihi saluo iuditio sanctę matris Ecclesię,semper interpretatio placuit:sed si congregandi sunt, ideo aggregandi sunt,quia cum doctrina eius, & moribus suis conciliandi & colligandi videntur. Hæc nẽpe futura eius congregatio est;quia adorantes eum, quasi in vnum gregem congregaturus est: cum seipso colligaturus est.

Vbi alitur per tempus tempora, et dimidium temporis a facie serpentis.



VPRA D.Ioannes mulierem in solitudinem in locum sibi paratum a Deo, fugisse dixit, vt ibi pascat eam diebus milleducentis sexaginta, in hac autem particula alendos Iudeos, a facie serpentis per tempus, tempora, & dimidium temporis, exponit; qui textus vt conueniant de eisdem diebus, & temporibus loqui, censendi sunt.

A facie serpentis.



D Est ab Antichristo; qui facies imago, & similitudo serpētis, idest draconis futurus est. Dictio enim serpentis pro dictione draconis, ponitur; Iste intellectus eodem cap. D. Ioannis probatur; ibi, & proiectus est ille draco magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & ex illis verbis, & misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen, vt eam faceret trahi a flumine, & adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum; & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo, his locis quē prius vocauit D. Ioannes draconem, postea vocat serpentem; & quem postea dixit serpentem; eundem draconem asseruit.

Ideo Antichristum faciem serpentis interpretor; quia futurus signaculū, similitudo, & facies serpētis est; vt Ezec. cap. 28. vt supra dixi in illa particula. Et visum est aliud signum in coelo; & ecce draco magnus rufus. Aliter enim quomodo ab hominibus, nisi assumeret faciem hominis, conspici posset; Et quænam facies serpentis futura est,

nisi rex Tiri Antichristus, vt d. Ezech. cap. 28. qui ante faciem regum dandus est vt cernant eum; qui in terram proiectus conspiciendus est: sed quia ante faciem regum dandus est vt videant eum, optimum duxi dicti cap. Ezechielis verba, vt melius vis propositionis nostræ innotescat, sigillatim referre; Filij hominis die principi Tiri; Hæc dicit dominus Deus, eò quod eleuatum est cor tuũ, & dixisti Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus; & dedisti cor tuum quasi cor Dei; Ecce sapientior es tu Daniele; omne secretum non est absconditum a te; In sapientia tua, & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & aquisiuisti aurum & argentũ in thesauris tuis; In multitudine sapientiæ tuæ: & in negotiatione tua, multiplicasti tibi fortitudinem & eleuatum est cor tuum, in robore tuo: Propterea hæc dicit dominus Deus; eo, quod eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei; Idcirco Ecce ego adducam super te, alienos robustissimos gentium, & nudabũt gladios suos, super pulchritudinem sapientiæ, & polluent decorem tuum, interficient, & detrahent te; & morieris in interitu occisorum in corde maris; Nunquid dicens loqueris Deus ego sum; coram interficientibus te cum sis homo, & non Deus; In manu occidentium te, morte incirconcisorum morieris in manu alienorũ, quia ego locutus sum; ait dominus Deus: Et factus est sermo domini ad me dicens, Filij hominis leua planctum super regem Tiri, & dices ei, hęc dicit dominus Deus; tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in delitijs Paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operi mentum tuum: Sardius, Topazius, & Iaspis Chrysolitus, & Onix, & Berillus: Saphirus & Carbunculus, & Smaragdus aurum opus decoris tui: & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt; Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei; In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis, a die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te;

In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate,& peccaſti,& eieci te de monte Dei; & perdidi te, ò, Cherub, protegens, de medio lapidum ignitorum,& eleuatum eſt cor tuum in decore tuo; in terram proieci te, ante faciem regum dedi te, vt cernerent te: Cum ex hoc textu Principem Tiri, faciem, ſignum, ſimilitudinemque Draconis, qui fuit Cherub, eſſe conſtet; eundem regem tiri, Beſtiam primam, id eſt Antichriſtum futurum aſſero; quoniã Beſtia prima ipſa facies Imago, os, poteſtaſque draconis, vt Apoc. cap. 13. & 17. habemus, futura eſt: Tum quia capita ſeptem, & cornua decem ſicut draco habitura eſt: Et cum pluralitas perſonarum non præſumatur, cum plures Antichriſti futuri non ſint, ſed tantum vnus; vt late de hoc alibi dicturi ſumus; Rex tiri Antichriſtus dicẽdus eſt; Alias ſi plures Imago, facies, ſimilitudoq; draconis qui fuit Cherub, futuri eſſent; plures Antichriſtos prophetæ prædixiſſent; nominibuſq; differentibus appellauiſſent. Quia non faciet Dominus Deus verbum, vt inquit Amos cap. 3. niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas, & noua antequam oriantur inquit Dominus Iſaie cap. 42. audita vobis faciam;

Inquit Ezechiel, tu ſignaculum ſimilitudinis, Hæc verba ſic declaro; tu nota es, ſiue demonſtratio ſimilitudinis, id eſt forme, ſiue Imaginis, quam aſſumpſit draco; cum. n. draco ſpiritus ſit, ſpiritúſque inuiſibilis; hanc ſimilitudinem id eſt, formam in terra aſſumpturus eſt, quam habere homines ſolent; quia ad ſimilitudinem hominum ante faciem regum dandus eſt vt videant eum in perſona Antichriſti. Econtra cum contraria contrarijs dignoſcantur, verborum Ezechielis quæ in ipſius prophetia cap. 2. leguntur, ibi, hęc eſt viſio ſimilitudinis gloriæ Domini, talis interpretatio afferẽda videt; id eſt, Hęc eſt viſio facies, & Imago quam Dominus ad ſimilitudinem hominum aſſumpturus eſt. Nam cum in exitu Iſrael de Egypto, Deus viſus non fuiſſet neq;

videri poſſet, vt Deuter. cap. 4. docemur, ibi, Non vidiſtis aliquam ſimilitudiné in die qua locutus eſt Dominus vobis in Oreb, de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut Imaginem maſculi, vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum; hanc hominum homo factus ſimilitudinem, faciem, ſiue Imaginem, de qua loquitur Ezech. dicto cap. 1. & 2. in prin. aſſumpſit; propterquam inter homines viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt; quia ad ſimilitudinem hominũ vt Apoſtoli ad Philip. cap. 2. factus eſt. Propterquã Christum Dei ſimilitudinem eſſe fatendum videtur: quia ipſe illa humanitas eſt quam aſſumpſit Diuinitas; quia ipſe illa ſimilitudo quam ſe aſſumpturum per Ezech. cap. 1. & 2. prophetiam prædixit Deus noſter: ſi Chriſtus facies, Imago, & ſimilitudo quã aſſumpſit Deus; eſt, ergo ſignum ſigillum, ſignaculum, characther, ſculpturaq; eius eſt, & per ſignum, facies, Imago, ſimilitudoq; intelligenda videtur.

Redeundo ad textum noſtrum, ſi Iudei ab Antichriſto in Iudea deſerta; alendi ſunt. Quomodo ergo dicit textus, mulierem fugiſſe in ſolitudinem in locum ſibi paratum à Deo, vt ibi paſcat eam. Nam ſi a facie ſerpentis, & ſic ab Antichriſto alendi ſunt; ergo non a domino. Qua ergo ratione iſtos textus, conuenire dicemus quomodo concordabimus eos. Ad cognitionem ergo harũ clauſularum ſic dico antequam Antichriſtus in Iudeam aſcendat Iudei a Domino in ſolitudine; id eſt in ipſa Iudea quæ diu ſtetit deſerta ac derelicta alentur; Poſtea cum beſtiam pro Chriſto acceptauerint tunc ab Antichriſto facie ſerpentis alendos puto: verumtamen & ſequens interpretatio quod mulier in ſolitudinem fugerit, vt ibi paſcat eam draco diebus milleducentis ſexaginta, admittenda videtur. Et dato quod textus mulierem in ſolitudinem fugiſſe in locum ſibi paratum a Deo, dicat: Quamuis à Domino ſuper Iudeorũ regionem, ſolitudo, vaſtitaſq; parata fuerit, ſimiliter tamen

Iudeis

Iudeis alimenta decernenda a Deo fore,in deserto diebus milleducentis sexaginta inferendum non est. Quia in deserto per tempus tempora,& dimidium temporis, ab Antichristo, his scilicet diebus milleducentis sexaginta, alendi sunt. Tẽpus enim tempora, & dimidium temporis, & dies milleducenti sexaginta,si recte numerentur,idem dies sunt. Et cum tempus tempora, & dimidium temporis, dies gloriæ Antichristi futuri sint, diésque milleducenti sexaginta nihil aliud nisi tempus,tempora,& dimidium temporis, sint;ergo, & hi dies tempora gloriæ Antichristi futuri sunt; & consequenter eos qui diebus milleducentis sexaginta alendi sunt censere debemus qui per tempus tempora,& dimidium temporis;ab Antichristo alimenta sumpturi sunt,& sic de eodem tempore, vtroque loco D.Ioannes loqui videtur: Quapropter illa verba,Et mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum a Deo, vt ibi pascat eam;Iudeos alendos fore a Domino diebus milleducentis sexaginta, non inferre videntur, sed a dracone ab Antichristo,qui futurus est draco,& sic exponenda videntur,& mulier fugit in solitudinem vt ibi pascat eã draco.

Et misit serpens ex ore suo post mulierẽ aquam tanquam flumen vt eam faceret trahi a flumine, & adiuuit terra mulierem,et aperuit terra os suum,et absorbuit flumen quod misit Draco de ore suo.



QVONIAM D.Ioannes draconem descendentem de cœlo,habentem iram magnam, mulierẽ quæ peperit masculum persequutũ fuisse,dixit. Propterea per hanc textus particulam qualitates persequutionis draconis enarrat. His verbis D. Ioãnes cõ-

tra Iudeorum improbitatem, infidelitatemque, quia post solitudinem longissimam, Antichristum adoraturi sunt; inuehitur. Nam si in diebus nouissimis, diebus milleducentis sexaginta, id est, per tempus tempora, & dimidium temporis in deserto ab Antichristo alendi sunt; consequenter eum adoraturi sunt; quoniam non adorantes eum gladio fame, & captiuitate vt Apoca. 13. occisurus est.

Et misit aquam tanquam flumen. Per aquas cap. 55. Isaiam, diuine gratiæ liberalitatem, abundantiamque, spiritum Sãctum, verbum Christi, intellexisse iudicaui, Ait ipse, omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate emite, & commedite, sicut solent flumina latissimos agros inondare; herbam fructusque seruituti hominum producere; Et sicut solent ex his agrorum bestiæ, populique multi vsque ad saturitatem bibere; similiter spiritus Sanctus arida corda hominum fructum non afferentia irrigare consueuit sub figura ergo aquarũ hoc textu; verbum, & doctrinam Antichristi non solum imbibẽdam, sed absorbendam a Iudeis intelligo; ipsius doctrina veluti torrente aquarum replendos, mergendosque dij iudico.

Per aquarum etiam figuram, tribulationes, & persecutiones, vt Dauid Psal. incipiente saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aque vsque ad animam meam, mihi intelligendæ videntur, Has draco de mandato Antichristi, qui hoc loco per os eius intelligendus est, mittet. Quoniam si facies, Imago, dracouis, & idem draco dictus est; ergo, & os eius censendus est, & quam personam os draconis nisi Antichristum, cui vt ait Dan. 7. os loquens ingentia dandum est, & magna vt Apoca. 13. habituram dicemus? quo capitulo cum non agatur quod draco locutus sit, & nulla fiat mentio draconis loquentis, & tamen dicatur secunda bestia loquens sicut draco; ergo intelligenda est secunda bestia locutura sicut prima; & consequenter bestia prima ipsa os draconis dicenda est; cum ei os loquens magna, & ingentia

gentia datum fuerit, siue dandum sit.

Et ideo flumen de ore draconis egressurum est; quia Antichristus voluntatem Draconis facturus, siue executurus est; Similiter illa verba Dan. posita cap. 7. ibi fluuius igne⁹ rapidusq; egrediebatur a facie eius, hoc pacto (saluo meliori iudicio) intelligēda videntur; Id est faciens omnē voluntatem eius: Quoniam quem a facie mea procedunt, de labijs meis & volūtate prodire dicuntur; Inquit Dauid ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius; Quomodo enim inimici Dei nisi de mādato eius inflammari possent?

INQVIT D. IOANNES ET MISIT AQVAM TAMQVAM FLVMEN, VT FACERET EAM TRAHI A FLVMINE, his verbis maximum furorem bestiæ contra Iudeos fideles futurum, perspicio: quasi dicat D. Ioannes quod impetus exercituum populorumq; Antichristi, qui per flumina, & aquas Apoca. 17. & Isa. 8. intelliguntur, nequaquam arceri poterit. Verba Isa. in terminis cap. nostri hæc sunt; Propter hoc ecce adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas regem Assiriorum, & omnem gloriam eius, & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudam innondans, & transiens vsque ad collum veniet; & erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuę, O Emmanuel: Sed quod per aquas populi, & exercitus intelligendi sint. Ezech. cap. 31. & 32. & Isa. 17. doceri videmur. Per hoc igitur flumen de quo D. Ioannes ait, illa flumina de quibus loquitur Dauid psal. 94. declarari videntur, ibi eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum; Istis fluminibus quantum exaltari præmagnificari quę exercitus, & populi bestiæ debeāt, Dauid explanare videtur; Hæ aquæ sunt, & flumina, de quibus Isa. 18. loquitur, quæ substantiā fidelium diripere, debent. Iste Angeli veloces

inquit Isaias, ad gentem conuulsam, & dilaceratam ad populum terribilem post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius, Et quia cum Antichristo in Iudeam multi populi exercitusq; ascensuri sunt, vt Ezech. 38. legimus, Propterea Iudea, Isaiæ 33. cap. locus fluuiorum dicta est, propter enim magnum populorum concursum in eam, mare Hiere. 51. vocata fuit, quia sicut mare fluuiorum locus, idest populorum futura est; Et sic per flumen quod mittendum ab ore Draconis est; tribulationes persecutionesq; intelligendæ videntur, quæ imperante Antichristo, a populis, & exercitibus eius fidelibus infligendæ sunt. Sicut enim fluminibus homines propter aquarum impetum demerguntur, & mergentes de aquis fluminis bibunt eodem modo bestia flumen exercitus scilicet & populos; vt vi ipsorum demergãtur & atrahantur ad se Iudei & adorent eum; vt totum trahat in sagenã suam; misura est; Propterea letabitur & exultabit; propter hoc incrassabitur pars eius, immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo; & interficere gentes non cessabit; Inquit Habachuch, cap. 1.

in Et sicut fluminibus suis multas gentes bestia absorptura est, Sic eam fluuio igneo Dei absorberi oportet. Loquens enim contra Antichristum Dominus Ezech. 38. ait Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cum eo, lingua domini inquit Isa. 30. quasi ignis deuorans spiritus eius velut torrens inondans vsque ad medium colli, ad perdendum gentes in nihilum. Quibusve fluminibus bestiæ Iudei, demergendi sunt, eisdem fideles iustificandi sunt; Christiq; ciuitas, magnificabitur, fluminis impetus, inquit Dauid, lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Quod nihil aliud est dicere, nisi quod propter persecutiones & tribulationes quas patiuntur iusti, gloriatur crescit regnum Dei; & quoniam patientia fidelium vincitur draco,

Ideò etiam fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei dicitur.

Et adiuuit terram Mulierem.

QVIA multi Iudei gladium persecutionesq; bestiæ fugituri sunt, vt Ezech. 21. Isaiæq; cap. xj. ibi, & erit in die illa non adijciet residuũ Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos, sed innitentur super dominum sanctum Israel, propter hoc dictum est, quod adiuuit terra mulierem; Quia per occultationem fugamq; multi saluandi sunt ne ad adorationẽ Antichristi, vi fluminis trahãtur. nisi enim ex Iudeis aliqui gladium & tormenta bestiæ fugituri essent, quæ inquam futuræ essent illæ reliquiæ, quæ saluandæ sunt, quæ post interitum bestiæ congregandæ sunt ex omnibus gentibus.

Pasce Domine populũ tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ pascentes solos in saltu in medio Carmeli pascantur Basan, & Galaad iuxta dies antiquos.

Et aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.

HAEC verba sequentem interpretationem recipere videntur, id est Sustinuit terra persequutionẽ draconis, tribulationes draconis, nõ timuit. Veruntamen cum maior pars terrę, quasi tota terra Antichristũm adoratura sit, non videtur dicendum quod sustinere debeat persequutiones Antichristi; Quia hos tantum quos stabiles in fide inuenerit, persequuturus est, non autem eos qui metu tormentorum adoraturi sunt eum. Neque dicendum videtur, quod hi flumen Antichristi absorpturi sint, qui sustinebũt in magna patientia iram, & perso-

quutionem eius. Quoniam ideo missurus est flumen Draco, post mulierem; vt eam a fide metu tribulationum discedere faciat. At qui a fide recessuri nõ sunt; a vi fluminis draconis ad adorationem Antichristi non trahentur; consequenter flumen draconis absorpturi non sunt; Qui enim trahitur a flumine, mergitur, & mergendo absorbet aquas fluminis; Et sic illi qui vi persecutionũ ab Antichristo vincentur, trahendi a vi fluminis eius, dicendi sunt; quia adorabunt eum; Et consequenter absorpturi sunt aquas draconis, in quibus tanquam in flumine in æternum perituri sũt, absorbebunt ergo flumen quod egredietur de ore draconis, qui metu tormentorum doctrinam Antichristi, accepturi, quive eum adoraturi sunt; Isti a flumine trahentur quia propter metum tormentorum, tanquam in flumine in æternum perituri sunt, Si enim eos absorpturos flumen draconis, qui in patientia persecutiones eius sustinebunt, diceremus totã terram, debere sustinere istam persecutionemque Antichristi, neminemq; adoraturum Antichristũ concluderemus, sed cum hoc falsissimum sit, eum totũ in sagenã suã trahere debeat, eosq; tantũ quos inuenerit fortes, in fide, vt infra videbimus afflicturus sit; sequitur qđ hi flumen draconis absorpturi sint, qui ipsum adoraturi sunt: quia isti propter vim fluminis superandi, charactherem, nomenque eius recepturi sunt; de quo characthere, & nomine, alibi clarius tractabimus.

Et aperuit terra os suum.

PEr hæc verba considero non tantum Iudeos, sed omnem terram recepturam doctrinam Antichristi, verbum quod de ore eius procedere debet; Et propterea aperiens os suum terra dicenda videtur, quia quasi aperientes os suum omnes gentes, intuentes in eum, ad audiendam vocem sermonum eius, mirabuntur in

his

his quæ dicentur ab illo. Propterea dictum est per prophetam, quod ad vocem loquellæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius; quia mirantes Iudei super sapientia Antichristi ardorem concipient, propter quem ardebunt in æternum, comburenturque fruteta eius, idest, fructus fidei eorum delebuntur.

Dicunturque aperturæ gentes os suum, quia qui amicũ in domum suam recipit, os suum erga eum in benedictione aperit. Sic Iudea quia bestiã pro Christo acceptatura est os suum quasi suscipiens amicum aperiet; dillatabitque Domos suas vt venientem recipiat; Hoc fere modo dicẽdi Isaias cap. 5. vsus est, vbi In die iudicij aperturum infernum os suum, absq; vllo termino, inquit, quia descendentes ad eũ cum exultatione quasi suscipiet. Similiter apertura est Iudea quasi infernus os suum venienti Antichristo; & populis eius; quia cum exultatione cordis dilatabit domos suas ornabitq; vt venientem amicum suscipiat.

Quod autem Iudei Antichristum in Christum ipsorum accepturi sint noto D. Ioannis Euangelio cap. 5. ibi Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine meo illum accipietis; & ibi, Fur non venit nisi vt mactet, & perdat; ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant; quibus verbis Dominus Iesus alium venturum in nomine Christi qui recipiendus sit, & credendus a Iudeis significat. Idem Zacha. cap. 11. probari video ibi. Adhuc assume tibi vasta pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta nõ visitabit; dispersum non queret; & contritum non sanabit; & id quod stat non enutriet, Et carnes pinguium commedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Confirmare, & hoc videtur Micheas cap. 5. ibi, nunc vastaberis filia latronis obsidionem posuerunt super nos in virga percutient maxillam iudicis Israel. Nam cum Mich. Hierusalem filiam latronis vocet, alendam a latrone vt fi-

liam, & consequenter latronem in dominatorem, & regem recipere debere præsupponit, quoniam nisi latronem in dominatorem reciperet, non aleretur ab eo; quia tātum hi a latrone Antichristo alendi sunt, qui adoraturi sunt eum, vt Apoca. 13. de qua re diffuse in solutione tertij sigilli acturus sum. Ad probandum hunc articulum nostrum, accedat Dauid sententia Psal. 88. ad finem, vbi populum Israel commutare debere Christum suum, inquit. Accedatque D. Ioannes Apoca. cap. 17. de quo textu infra tractabo; Et Isaias cap. 10. ibi, & erit lumen Israel in ignem, & sanctus eius in flamam; Qui est iste sanctus Israel qui futurus est in flamam; nisi Antichristus qui igni æterno comburendus est. Quod autem Iudei sequi Antichristum requirereque debeant, Amos cap. 5. his verbis docet Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Quoniam bonus dicitur Christus. Malus autem Antichristus propter impietatem eius, sic erit malus tuus vt dilatare signū tuum non queas inquit Isaias, nam si impius dictus est Isaiæ 11. similiter cur non per malum, intelligēdus est Antichristus. Præterea pro hac sententia Isa. cap. 5. vrgere videtur, ibi, Veh qui iustificatis impiū pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo; Quia Iudei Antichristum propter munera iustificaturi sunt, reprobaturique iustum, id est, Christū qui passim a prophetis iustus dicitur. Ergo Iudeos ad Antichristum conuertendos nemo est qui dubitare debeat, tandem & hanc, ex elegāti Ezech. prophetia, quæ cap. 21. habetur, opinionem comprobandam putaui, ibi, Tu autem impiæ prophanæ Dux Israel cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, tolle coronam aufer cidarim. Quis impius iste & prophanus dux Israel est nisi Antichristus qui Zacha. 11. Pastor stultus Iudeorum vocatus fuit, sed quod Antichristus supra Iudeos dominationem habiturus sit Apoca. 13. Ioan. docet.

Et

Et absorbuit flumen quod misit Draco de ore suo.



HAEC verba sic intelligi possunt, id est absorbuit terra draconem: Hanc interpretationem Hiere. ca. 51. ꝓbare videmur ibi, Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco. Et ibi, & visitabo super Bel in Babylone, & eijciam quod absorbuerat de ore eius; si hoc cap. Hieremie, Iudei absorbendi dicuntur a dracone, idem hic D. Ioannes per æquipollentia verba dixisse, videtur. Nam si draco absorbebit eos, vtique, & ipsi absorbebunt eum: flumen eius, flumen inquam demoniorum eius; si draco absorpturus est eos, & ipsi draconem, vnus spiritus cum Dracone, efficiendi videntur: nemo enim videtur recessurus a fidę nisi a dracone seductus.

Et iratus est Draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi.



HAEC verba quamuis manifestam interpretationẽ habeant; tamen adhuc sic declarantur. Iratus est draco contra Iudeos seruantes fidem, Et custodiẽtes mandata Dei: illi enim testimonium Christi habere dicuntur, qui custodiunt fidem; qui in ipsa non claudicant. Nam qui esitat, & claudicat, similis est fluctui maris qui à vento mouetur, & circonfertur. Non ergo existimet homo ille quod aliquid accepiat a Domino, inquit S. Iacobus Epist.

Epist.cap. I. quam igitur non accepit,cum fides sit donum Dei, quomodo titubantem in ea fidem habere probabimus. Quod autem per habẽtes fidem,custodientes eam intelligẽdi sint;docet D. Ioan. Apoc. 14. & his verbis ostendit, Hic patientia sanctorum est qui custodiunt mandata Dei,& fidem Iesu, Quapropter tex. hic de custodientibus fidem Christi intelligendus est; de his qui non recipient charactherem aut nomen bestiæ. Ex hoc textu D. Ioannis maiorem populi Iudeorum partem,ad Antichristum conuertendam,a flumine draconis absorbẽdam fore infertur. Item populum Iudeum antequam adoret bestiam, ad fidẽ Christi conuerti debere;Quia cum dictio reliquis sit repetitiua similium,& hic dicatur dracó abijsse facere prælium cum reliquis habentibus fidem, & custodientibus eam;per necessarium antecedens sequitur,quod prius fideles claudicantes in fide persequutus fuerit.Ideo autem D.Ioannes draconem abijsse facere prçlium cũ reliquis, inquit; Quia reliquiç Iudeorum salue fient. Quoniam ad interficiendum omnem fidelem laborare debet.

Posset forte talem recipere interpretationem hæc clausula. Id est abijt facere prælium cum gentibus quæ ex semine Apostolorum,id est, verbo & prædicatione ipsorum fidem receperunt. Nam per semen iutelligimus verbum Dei, vt ex Euangelio, & Isaie cap. 59. noto ibi,Hoc fçdus meum cum eis dicit Dominus;spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, nõ recedẽt de ore tuo, & de ore seminis tui;& de ore seminis seminis tui. Verũtamẽ verba D.Ioannis ad Iudeos,qui verbum,& doctrinã bestiæ non receperunt, quia isti sunt de semiue mulieris, & appellatione mulieris intelliguntur referẽda sunt: Et cum iratus draco cõtra mulierẽ fuerit,Ergo & abijsse facere prçlium cum reliquis fidelibus Iudeis,abijsse dicendus est:sed neq; quod draco Iudeos infideles persequi debeat dicendum videtur; Nam infideles persequendo de omni gloria

ſua caderet, Quoniam omne regnum inter ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet; ex tali enim perſecutione draconis fides Chriſti augeretur; ceſſante enim ſeductore ceſſarent etiam peccata, quia colluctatio eſt nobis contra ſatanam. Ad quid draco infideles perſequeretur, vt propter teſtimonium Agni non vincatur; ſed quia fornicantibus Iudeis, putabit draco quod omnes gentes cum eis fornicentur, & conſequenter ſe non amplius propter teſtimonium Agni vincendum. Proptérea dicere quod perſequutus fuerit infideles Iudeos non abſurdum videbitur; ſed huic interpretationi hæc clauſula, & abijt facere prælium cum reliquis conuenire non videtur, quia eſt repetitiua ſimilium, & ſic Iudeorum habentium fidem, a qua tamẽ propter vim iſtius dictionis reliquis præuaricati, & abſorbuiſſe flumen draconis, videntur. Quapropter a ſuperiori interpretatione recedendum non videtur. Igitur draconem prius perſequutum omnes Iudeos, vt abſorberet eos dico. Et poſt conuictos multos titubãtes ſiue claudicantes in fide, qui fideles videbantur; cõtra eos qui ſtabant in fide, iratum fuiſſe, & ſic contra reliquos, qui non abſorbuerunt flumen eius, qui in tribulatione magna immobiles in fide permanebant.

Sed quod Iudei ad fidem Chriſti conuertendi ſint, ſubſequentibus fundamẽtis probari videtur, & primum. Quid Pſal. 17. ibi, Eripies me de contradictionibus populi conſtitues me in caput gentium; populus quem non cognoui ſeruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi, filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt a ſemitis ſuis. Cum hæc verba in Chriſto verificata, verificandaq; reperiant, quomodo claudicãtes Iudei in ſemitis ſuis, dici poterunt, niſi prius corda eorum ad Chriſtum dirigãt, & quærant eum; Per Dauid adhuc futuræ viæ recte in populo Iſrael præſupponuntur in quibus poſtea claudicare debeat; quia qui claudicat aliquando ſtetiſſe dicendus eſt,

hunc intellectum: Mich. cap. 4. adiuuat: Vbi inquit quod in nouissimis diebus ponet dominus claudicanté in reliquias, si reliquiæ populi Israel, ex claudicanti saluandæ sunt, ergo quod Iudea conuertatur, inde in fide claudicet, futurum est; vt post interitum bestiæ ex claudicanti, id est ex maiori parte populi claudicantis, reliquiæ saluentur. Si sterilis id est Iudea facta deserta, plurimos filios Deo parere debet, & tandem cum multos habebit infirmanda est, vt Annæ cantico habet, ibi, Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est; quo modo igitur plurimos filios paritura est Iudea, nisi quia Iudei redditurí sunt in patriam, quoue modo, multos habitura filios infirmanda est, nisi quia postquam facta fuerit fidelis, ad infidelitatem reuersura est.

Hanc interpretationem Oseas cap. 3. firmare videtur, ibi, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro; Sed & ego expectabo te; quia dies multos sedebunt Filij Israel, sine rege, & sine Principe, & sine sacrificio & sine altari, & sine Ephod, & sine theraphim, & post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum; & Dauid Regem suum, & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum, sic in nouissimis diebus requirent Dauid regem suum, id est Christum qui Hiere. cap. 23. & 33. Ezech. 34. & Psal. 88. Dauid vocatus fuit eo quod sit futurus Rex super solium Dauid, quibus futuri sunt cum propitius quærenti fidem dominus sit, vt Hiere. cap. 5. ibi. Circuumite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei; necessario ante aduentum bestiæ ipsos conuertendos ad fidem sequitur, quoniam plus sancti expetitur: Sed quod conuertendi sint Isaias, cap. 6. comprobare videtur, vbi ponit populum Iudeum futurum insipientem, donec terra eius relinquatur deserta, id est, vsquequo reuertantur, vsquequo lon-

gẽ faciet Dominus Homines,& multiplicabitur, quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur,& erit in ostensionem,sicut therebinthus, & sicut quærcus, quæ expandit ramos suos; semen sanctũ erit id quod steterit in ea;si futuri sunt insipientes, donec reuertantur,si semen sanctum erit,id quod steterit in ea,Quomodo sapientes,& semen sanctum dici poterunt,donec cõuertantur; Nisi prius steterint in fide; Nam semen sãctum vocandi sunt,qa stetisse in fide dicendi sũt. Sicut hoc Isa. cap.4.probare videtur:ibi,Et erit omnis qui relictus fuerit in Syon,& residuus in Hierusalem sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem; Qui enim in libro vitæ, nisi fideles scribentur;igitur ad fidem reuertẽtur, propter quam qui residuus fuerit sanctus vocabitur; certissimum enim est non habentes testimonium Christi, delendos,fore de libro vitæ, vt Dauid Psal. incipiente saluum me, vbi deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur: qui liber vitæ. Apoch.5.& 13. Christus Deus noster est: Si reliquiæ Iudeorum in libro vitæ scriptę sunt, & propter hoc sanctus vocabitur omnis qui residuus fuerit in Hierusalem,ergo prius populus conuertendus est, vt ex eo reliquiæ saluæ fiant, In hanc quoque opinionem, scilicet quod Iudei ante aduentum Bestiæ conuertendi sint, Daniel cap.12.inclinare videtur. Vbi inquit quod in tempore bestię saluabitur populus Iuda, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ; si in libro vitæ scribendi sunt; ergo prius conuertendum populum Iudeum ad fidem sine dubitatione dicemus; Sed redeũdo ad Isaiæ.cap.6. Quor sum Isaias,cap.6.dixisset, Et conuertetur; postquam in populo Iudeo futuram decimationem dixerat, nisi quia verbum Christi & fidem suscepturi sunt; alias enim illa oratio & conuertetur,superflua videretur: Cum per decimationem Iudaicę regionis, Iudeorum redditus in patriam concedendus sit; Neque videtur. d. c. 6. Isaias de ciuitate

 Dei

Dei ſponſa Aghi loqui; Quoniam in illa perſonæ nō multiplicabuntur, quia in ipſa non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli, vt dixit dominus Ieſus: Præterea ciuitas ſancta claritate Dei ornanda dicta fuit; hanc ſolis ſplendori æquiparatam ſcripſimus: Huius autem gloria de qua Iſaias. dicto capitul. 6. loquitur pulchritudini quęrcus comparatur. Neque quod in ciuitate Dei ſancta decimatio futura ſit, quoniam cum illa venerit: vt Apoca. 21. legimus omnia noua fient: Neque verba, d. cap. 6. in ciuitate Hieruſalem, quæ nunc in ſolitudinem ſedet, verificari poſſunt; quoniam illius vaſtitatem nulla ſolitudo præceſſit. Minus affirmare poſſumus in aduentu Chriſti in fide Iudeos ſtetiſſe, quia vaſtata non fuiſſet ciuitas: neque ſemē ſanctum dicendi erant, quoniam aduentum regis ſui, non cognouerunt; Quapropter de alia ciuitate ædificanda a Iudeis, in diebus nouiſſimis de Iudeorum redditu in patriã, & ad fidem Chriſti, eorum, conuerſione, d. cap. 6. Iſaias loqui cenſendus eſt; nam cum futuri ſapientes, prædicti fuerint tempore illo, cum in patriam reuertentur, ergo omni dubitatione carere debemus, ipſos cōuertēdos fore: Quorſum Iſaias dixiſſet, lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium; cum florere tantum iuſti dicantur. Quamue ob cauſam cap. 49. dixiſſet. Adhuc dicent in auribus tuis filii ſterilitatis tuæ, Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi vt inhabitem, & dices in corde tuo, quis genuit mihi iſtos, ego ſterilis & non pariens tranſmigrata & captiua, & iſtos quis enutriuit ego deſtituta, & ſola, niſi adhuc in Iudeam migraturi, & conuertendi ſint. Præterea quare Iſaiæ, cap. 1. dictum fuiſſet, poſt hęc vocaberis ciuitas iuſti vrbs fidelis; niſi fideles adhuc futuri eſſēt: Audite vocem exclamantis & dicentis, Apoca. 18. Exite de illa populus meus, ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius accipiatis: quibus fideles vt in diebus beſtiæ exeant de Babylone. Ciuitate Antichriſti hortatur; de qua

pau-

paulo infra plenius tractabimus. Nunc tantum superest vt prolixior, non sim, ad huius propositionis declarationem videre quod scribit Ioannes Apoc. 7. vbi inquit audiuisse Numerum signatorum ex omni tribu Israel; centum quadraginta quatuor millia. Si ex Iudeis in tribulatione magna temporibus Antichristi centum quadraginta quatuor millia signandi sunt; Ergo populum Iudeum conuertendũ in diebus nouissimis profitebimur: Alias quomodo in diebus bestiæ centum quadraginta quatuor millia signari possent; sed qualiter illi signati ex omni tribu filiorum Israel, intelligendi sint infra in solutionibus sigillorum aperte demonstrabimus; Etsi ex Iudeis multi gladium bestię fugituri sunt, qui tamen gladio occcidentur vt Ezec. 21. & Isa. 10. ergo fugituri sunt, quia caracthere Antichristi, signari non consentient, quia fideles futuri sunt.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, in templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges Munera.

Et iratus est Draco in Mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius.


X hoc textu domini lectores, noto eum, quem prius Diuus Ioannes, faciem serpentis; & os Draconis vocauerat; Hic Draconem appellari: cum enim hæc omnia per Antichristi personam excquuturus sit Draco; Cuius facies imago futurus est Antichristus, cur non etiam Draco dicendus est Antichristus, cum voluntas draconis per eum exerceri, ab eo dependere debeat: cum Antichristus futurus sit similitudo draconis; similitudo scilicet, quam ad similitudinem hominum in terra assumpturus est Draco; cur non etiam draco dicendus est.

Propter prædicta omnia cum cõstet Iudeos ipsorumq; Regionem,per Mulieris figuram, intelligendos fore;dicâturq; Iudei sub figura mulieris volantis in desertum in patriam suam, nunc desertam, reddituri, aquas draconis absorpturi; flumen quod mittet draco de ore suo, hoc est adoraturi, Antichristum; Non ab re, Mulierem sedentem in deserto, habentem in fronte nomen Babylon,tenentem poculum aureum in manu,sua plenum immunditia fornicationis suæ,cum qua fornicati sunt omnes reges terræ; de qua D. Ioannes Apoca. 17. loquitur, Hierusalem quam reædificãdam à Iudeis sub protectione magni regis,siue dominatoris dixi, Iudeamq; ad quam in nouissimis temporibus reddituri sunt, interpretabimur: quoniam dicto capitul. 17. mulier in deserto sicut & hæc de qua loquitur textus cap. de quo agimus,sedere dicitur; propter quod de eadem muliere D. Ioannes, dicto cap. 17. sensisse videtur.

Illa mater fornicationum terræ, quia debet præuaricari a fide dicta est, quia ab ipsa omnes reges terræ, & gentes fornicari discent, idest, Antichristum; pro Christo adorare; Quoniam alumna nutrixq; eorum, qui adorabunt bestiam erit; quia de vino prostitutionis eius inhabitantes terram, vt d. Apoca. 17. inebriandi sunt, fel draconũ vinum eorum,& venenum aspidum insanabile,vua eorum vua felis,& botrus amarissimus, de vinea sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. Quæ poculum aureum in manu sua habere dicta est, quia muneribus gentes ad sequendum Antichristum,alliciet, quoniam ditissima auri & argenti, propter fornicationem suam erit. Et hac de causa Babylon vocata fuit, quia ad similitudinem ciuitatis Caldæorum, quæ in diebus regum Iuda stabat, mater fornicationum futura est; quia Idolatriã, paritura est, eamque fouere debet. Quia contra Ecclesiam Dei,& Christi insurget & vastabit eam. Sicut pugnare cõtra Ecclesiam Dei Ciuitas Babylon consueuerat, & ideo

Ba-

Babylon dicta fuit, quia contra nomen Dei & Christi ab Antichristo rege Assiriorum, erigenda est, Et sicut turris Babylon exaltanda est: Habens scriptum in fronte nomen Babylon dicitur, Quoniam habitatores eius in fronte carasthere Antichristi signandi sunt, quia a sanctis nomine Babylon, propter effectus consequentes operibus eius, & ciuitati Babylonis vocata fuit: quia omni iniquitate & idolatria, sicut ciuitas illa magna Babylon Regni Assiriorum, polluenda est. Hanc etiam Babylon D. Ioannes vocauit, quia sicut temporibus regum Iuda, Babylon Domina gentium erat: ita hæc regina supra omnia regna terræ, futura est. Dicet enim, vt Apoca. 18. legimus, sedeo Regina vidua non sum, & luctum non videbo: Vidua non sum, id est non amplius viro destituta, & vastata, quia adhærebit Antichristo, & reputabit eum, tamquam virum suum, Quæ etiam supra bestiam nominibus blasphemiæ plenam habentem capita septem; sedens dicta est; quia regina supra alias ciuitates mundi propter bestiam futura est. Hæc illa ciuitas speciosa de qua loquitur Naum cap. 3. Hæc illa speciosa de qua Isa. 37. loquitur quæ quasi desertum dimittetur. Hæc illa ciuitas gloriosa habitans in confidentia quæ dicet in corde suo, ego sum, & extra me non est alia de qua Sophonias cap. 2. & Hieremi. cap. 6. meminerunt. Hæc illa filia Caldeorum de qua Isa. cap. 47. Hæc illa tirus quæ sedet in corde maris, id est in medio populorū de qua Ezec. 26. & 27. loquitur, hæc ciuitas illa sanguinum de qua. Idē Ezech. cap. 22. & 24. Aio hæc illa Babylon quæ habitat super aquas multa locuplex in thesauris de qua Hiere. 5 & 51. cap. meminit, quę habitatura super aquas multas, dr: quoniam habitura est imperium super populos multos, locuplexque in thesauris propter poculum aureum quod gestabit in manu sua, propter quod omnes gentes adorabunt bestiam, Dicta fuit Hebria de sanguine sanctorum, & martyrum Domini Iesu, quia in ea omnis sanguis prophetarū,

 &

& omnium ſanctorum vt Apoca. 18. inueniendus eſt, propter quod Hieruſalem reputanda eſt; alias quomodo ſanguis ſanctorum, & prophetarum in ea inueniretur; ſupra enim Hieruſalem tantum veniet omnis ſanguis iuſtus vt habetur in Euangelio. Hæc etiam a D. Ioanne Apoca. 11. ſodoma dicta eſt, quia relicto naturali ſuo viro, cum alieno fornicabitur, quaſi poſteriora hominis ſequi debet; quia docentibus peccare contra Deum, & Chriſtum eius, contraque naturam adhęrebit, quia adorans alium pro Chriſto, contra naturam, contra legem naturę, quæ dictat ipſum Chriſtum noſtrum cognoſcendũ pro Chriſto, peccat; Quia polluenda eſt turpiſſima fornicatione, & in ipſa ſicut ſodoma proſtituenda. Quoniam ſicut ſodoma incendio cadet; vt Iſa. cap. 13. ibi, & erit Babylon illa glorioſa in regnis inclita in ſuperbia Caldeorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam, & Gomorram, non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque ad generatione & generationem.

2. Filij hominis, nonne iudicas, nõne iudicas, ciuitatem ſanguinũ, & oſtendes ei oẽs abominationes ſuas, & dices hæc dicit Dñs Deus, Ciuitas effundẽs ſanguinẽ ĩ medio ſui, vt veniat tẽpus eius, & quæ fecit Idola contra ſemetipſam vt pollueretur, in ſanguine tuo, qui a te effuſus eſt deliquiſti, & in Idolis tuis quæ feciſti polluta es, & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorũ tuorum. Propterea dedi te opprobrium gentibus, & irriſionem vniuerſis terris, quæ iuxta ſunt, & quæ procul a te, triumphabunt de te ſordida nobilis, & grandis interitu: Ecce Principes Iſrael ſinguli in brachio tuo fuerunt in te ad effundendũ ſanguinem, Patrem & Matrem contumelijs affecerunt in te. Aduenam calumniati ſunt, in medio tui; Pupillum & viduam contriſtauerunt apud te; ſanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabatha mea polluiſtis; Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te: ſcelus operati ſunt in medio tui: munera acceperunt apud

te ad effundendum sanguinem,vsuram, & superabundantiam accepisti,& auare proximos tuos calũniabaris:meiq; oblita es ait Dominus Deus: Filij hominis dic ei tu es terra immunda,& non compluta in die furoris, coniuratio prophetarum in medio eius; sicut leo Rugiens rapiensq; prædam animas deuorauerunt;opes & pretium acceperunt,viduas eius multiplicauerunt, in medio illius: Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam,ad effudendũ sanguinem;& ad perdendas animas; Veh ciuitati sanguinũ ollæ cuius rubigo in ea est. Et rubigo eius non exiuit de ea sanguis enim eius in medio eius est; super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terrã vt possit operiri puluere. Veh ciuitati sanguinum cuius Dominus grandem faciet piram,veniet,& faciam,non transeam, nec parcam;nec placabor,iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te,dicit Dominus:fac conclusionem quoniam terra plena est iudicio sanguinum , & ciuitas plena iniquitate.

Filij hominis assume super Tirum lamentum;& dices Tiro, quę habitat in introitu maris negotiationi populorum, ad insulas multas,hæc dicit Dominus Deus, ô Tire tu dixisti perfecti decoris ego sum. Et in corde maris sita:finitimi tui qui te edificauerunt impleuerunt decorem tuum. Abietibus de Sannir extruxerunt te,cum omnibus tabulatis maris;Cedrum de libano tulerunt vt facerẽt tibi malũ. Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico. Et prætoriola de insulis Italiæ: Byssus varia de Egypto texta est tibi in velum vt poneretur in malo;Hiacinthus,& purpura de Insulis elisa facta sũt in operimentum tuum. Habitatores Sidonis,& Aradij,fuerunt remiges tui: sapientes tui Tire facti sunt gubernatores tui,senes Giblij,& prudentes eius habuerunt in nautas ad ministerium variè supelectilis tuæ; Omnes naues maris, & nautę earum fuerunt in populo negotiationis tuę,Perse,

& Lidij,& Libies, erant in exercitu tuo, viri bellatores tui clipeum,& Galeam suspenderunt in te,pro ornatu tuo;filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu:sed & Pigmei qui erant in turribus tuis, Pharetras suas, suspenderunt in muris tuis per girum; Ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam; Carthaginenses negotiatores tui a multitudine cunctarum diuitiarum; Argento,ferro,stanno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas; Græcia, Thubal, & Mosoch,ipsi institores tui. Mancipia & vasa erea adduxerunt populo tuo: De domo equos,& equites, & Mulos adduxerunt ad forum tuum: Filij Dedan negotiatores tui. Et insulæ multæ negotiatio manus tuæ; Dentes eburneos, & Hebenninos commutauerunt in pretio tuo; Sirus negotiator tuus,propter multitudinem operum tuorum,gemmam, & purpuram,& scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo;Iuda & terra Israel ipsi Institores tui in frumēto primo. Balsamum,& mel,& oleū, & Resinam proposuerunt in nundinis tuis; Damascenus negotiator tuus, in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum,in vino pingui,in lanis coloris optimi;Dan,& Græcia, & Mosel in nundinis tuis proposuerūt ferrum fabrefactum: stacte & calamus in negotiatione tua; Dedan Institores tui in tapetibus ad sedendum; Arabia, & vniuersi Principes Cedar,ipsi negotiatores manus tuæ, cū Agnis Arietibus,& Hedis,venerunt ad te negotiatores tui, venditores Saba,& Reema ipsi negotiatores tui cum vniuersis primis aromatibus,& lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo;Haram & Chenne, & Eden negotiatores tui,Saba, Assur, & Chelmad venditores tui; Ipsi negotiatores tui, multiphariam inuolucris hiacinthi, & polymitorum,Gazarūq; pretiosarum quæ obuolute, & adstricte erant funibus,Cedros quoque habebant in negotiationibus tuis naues maris. Priucipes tui in negotiatione tua, & repleta es, & glorificata nimis in corde maris, in

aquis

aquis multis adduxerunt te remiges tui, ventus auster con triuit te in corde maris. Diuitiæ tuæ,& thesauri tui,& multiplex instrumẽtum tuum, Naute tui,& Gubernatores tui, qui tenebant suppellectilem tuam,& populo tuo præerãt, viri quoque bellatores tui qui erant in te,cũ vniuersa multitudine tua, quæ est in medio tui, cadent in corde maris, in die ruine tuæ. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes;& descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum; Naute & vniuersi gubernatores maris, in terra stabunt, & eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amare, & superiacient puluerem capitibus suis,& cinere conspergentur; & radent super te caluitium, & accingentur cilicijs; & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo; & assument super te carmen lugubre,& plangẽt te: Quæ est vt Tirus quæ obmutuit in medio maris; quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos. In multitudine diuitiarum tuarum, & populorum multorum, ditasti reges terræ: Nunc contrita es, a mari, In profundis aquarum opes tuæ. Et omnis multitudo tua quæ erat in medio tui ceciderunt, vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te,& reges earũ,omnes tempestate percussi mutauerunt vultus; Negotiatores populorum sibillauerunt super te: ad nichilum deducta es, & non eris in perpetuum: finis venit, venit finis euigilauit aduersum te, ecce venit.

Sed de sensu horum verborum Ezech. quæ cap. 7. habentur videamus; ibi, Hæc dicit Dominus Deus, Afflictio vna; Afflictio ecce venit. Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te; Ecce venit. Afflictio vna inquam illa fuit quã Iudeus populus per transmigrationem in Babylonem sustinuit. Quę annis septuaginta perseuerauit. Afflictio ecce venit prȩsens vastatio est, solitudóque Iudee, quę vsque ad consummationem seculi durabit. Per illa autem verba finis venit mihi significari videtur, quod præsentis afflictio-

 nis

nis finis venturus sit. Quomodo igitur nisi per reditum in Iudeam? Venit finis, Per hæc verba festinare debere finẽ seculi cum reuersi Iudei in patriam fuerint; noto; Euigilauit aduersum te, Quia euigilabit cogitatio Domini contra Babylonem vt ponat terram Babylonis desertam, vt ait Hiere. 51. propterea ait Ezech. quod euigilabit finis contra Babylonem; propter peccatum Idolatriȩ adorationemq; Antichristi, propter quam Iudei Dominum ad adducendum finem super eos prouocabunt, vt Ezech. 22. ibi, Et appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. Et ideo dixit Ezechiel ecce venit; quia quodcunque Dominus contra Babylonem locutus est, fiet. Hæc salua semper correctione sanctæ Matris Ecclesiæ, dicta intelligantur.

Et stetit supra Arenam Maris.

FIGVRATE loquitur, nam arena Maris multa nimis, vnde cum populus Iudeus in diebus nouissimis, sicut numerus arenȩ Maris futurus sit; argumento, cap. 10. Isaie, ibi, si fuerit populus tuus Israel, quasi arena Maris reliquiæ conuertentur ex eo; Ita textus intelligendus videtur, & stetit supra arenam Maris, scilicet dominatus est supra populum Iudeum cuius numerus sicut arene Maris futurus est. Et dato quod Isaias futurum quasi arenã Maris dicat, & sic cum dictione hac quasi, quæ improprietatem denotat. Arguit tamẽ futurum populum infinite propemodum multitudinis. Et cum dixerit Dominus Gene. 22. multiplicabo semen tuum sicut stellas cȩli, & velut arenam quæ est in litore maris, forte per arenam maris, populum Iudeum hic D. Ioannes, intellexit; cum ille sicut numerus arene Maris, augendus sit.

Et quamuis hæc verba, multiplicabo semen tuum cum sequentibus in bonum, & non in malum, prædicta videantur,

tur, tamen adhuc distinctionem recipere possunt, per semẽ enim quod augendum sicut numerus stellarum cœli; erat Iudei quidem qui saluandi, scribendique veniunt in libro vitæ intelligendi sunt, & sic propter hos, hęc verba, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, in bonum prolata videntur; cætera vero non; futurum enim populum Iudeum infinitè multitudinis sicut arenam Maris; instabilem consequenterque infidelem, arguunt. Quapropter cum arena maris, huc atque illuc vi ventorum prouoluatur. Sic instabiles in fide dubij, prout Iudei in diebus Antichristi futuri sunt, arena Maris vocandi videntur; Secundo supra arenam Maris, stetisse dicendus est, quia in monte Sion omnes gentes, & populi cõgregabũtur, qui sicut mare erunt; vt inquit Hiere. cap. 51. cum, & fluuiorũ locus, & sic mare Iudea dicta fuerit, vt supra vidimus, littoreque, & arena contineatur mare, vt Hiere. cap. 5. ibi, Qui posuit arenam terminũ mari pręceptum sempiternum quod non pręteribit. Propter hoc per arenam maris Iudea populusq́, Israel intelligendus videtur, quia in regione sua Mare, infinitos scilicet populos qui erunt sicut Mare, continere debet. Quapropter supra arenam Maris stetisse dicendus est. Id est, supra terminos Iudee, quę sicut Mare propter impiorum concursum in eam, futura est.

Sed adhuc aliam interpretationem hæc clausula, ET STETIT SVPRA ARENAM MARIS, repicere potest. i. stetit supra omnes terminos populorum, quia omnes populorũ termini littore Maris continentur; Ideo hoc dico, quia Antichristus sibi omnes gentes subiecturus est: prout satis latè ex hoc tractatu videbimus, patetque ex Apoca. 13. & 17. quæ sicut numerus arene maris vocandæ sunt: tum quia propter infinitos populos, & gentes Mare, hęc mundi machina vocata est, mare, inquam vitreum, vt D. Ioan. Apoca. cap. 4.

ET STETIT SVPRA ARENAM MARIS; Si stetit vtiq, fuisse;

fuisse; sed cecidisse dicendus est; Videamus ergo qualis futurus sit; quomódòque cadere debeat; Propter hoc D. Ioannes cap. 13. inquit. Et vidi de Mari bestiam ascendentem, i. In magna Maiestate humana crescentem; Quoniam per mare populi, populorúmque congregationes intelligendæ sunt. Per aquas enim populos intelligimus; nam talis per Diuum Ioannem Apoca. 17. Interpretatio sumitur, & cum Dominus Maria congregationes aquarum appellauerit, vt Genesis cap. 1. habetur. Similiter congregationes populorum Marę vocandę sunt, cum appellatione fluminum in Mare decurrentium populi veniant: hoc enim respectu congregationes populorum per D. Ioãnem Apoc. cap. 4. Mare vitreum simile cristallo vocatę sunt; quia sicut vitrum quod fragile est ante faciem Dei, congregationes populorum sunt. Et sicut vitrum simile cristallo, Id est perlucidum; quia claritate, siue luce sua Dominus, qua viuificat omnia humana corpora, sicut per cristallum omnes cogitationes, & intentiones hominum respicit: hoc modo saluo iudicio Sãctæ Matris Ecclesiæ, Illud Mare de quo ait Ezech. cap. 1. intelligendum videtur; illudq; *Mare vitreum* mistum igni de quo D. Ioannes Apoca. 15. loquitur: sed quod per Mare congregationes populorum vocandæ sint, Ezech. 28. docet.

Habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem Diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.



DECLARATIO istorum verborum ex Apoca. capituli 17. lectura resultare videtur. Quapropter accedo ad textum illum; Inquit, ibi D. Ioannes.

Ego

Ego dicam tibi Sacramentum mulieris; & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem; Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de Abysso; Et in interitum ibit, & mirabuntur in habitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni a constitutione mundi, videntes bestiam quæ erat, & non est, & hic est sensus qui habet sapientiam, septem capita septem Reges sunt; quinq; ceciderunt vnus est, alius nondum venit, cum sequentibus.



EGo autem istud Sacramentum mulieris sic intelligo, id est Bestia est caput, & Regnum habet supra quinque regna quorum quinque reges ceciderunt; scilicet a regno suo; Qui autem sint isti quinque reges, & regna hic non aperit D. Ioannes; propterea difficile ex lectura prophetarum discernere qui sint; sed forte ex Ezech. cap. 38. coniicere quis poterit: Ait enim Ezech. cum Antichristo in Iudeam Persas, Etiopes, & libiam cum eis, alióſque populos, ascendere debere propter quod, quia supra Persas, Etiopes, Africanósq; dominationem habiturus est, harum Prouinciarum reges cadere debere, præsuponendū, videtur. Tirus etiā Ezech. 28. dictus fuit; non ea ratione tantum, quia tirannidem cōtra Christianos exerciturus sit, sed etiam, quia supra tiriam dominaturus est; Et quia regnum supra Egiptum habiturus est, Ideo Pharao Ezech. 31. vocatus fuit. Ideo Antichristum dominaturum supra Persas dixi, quia vt Dan. cap. 8. nu: 10. perspicio, contra Orientem, & Meridiem exaltari

 debet;

debet; ibi, De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum,& factum est grande contra meridiem,& contra orientem;& cum Perse populi orictales sint, & supta Persas dominaturus sit; vt Ezech.38. necessario,quod vnus rex ex his qui ceciderunt sit,Persa inferedū videtur. Item cum Antichristus contra regem Austri vt Dan. xj. præualere debeat,Regem Austri futurum vnum ex illis qui cadere debet,sequi videtur.Quia cum Auster a meridie,flet exaltandúsque sit Antichristus contra meridiem vt dicto Dan. capit.8.ergo quod Antichristus regem Austri victurus sit, futurum est.Quapropter inter eos qui ceciderunt rex Austri connumerandus videtur. Sed neque hic intellectus substitit;quia & si Antichristus regem Austri,vt Dan.xj.victurus sit, idémque Pharao, & Tirus dictus sit, nō tamē magis Rex Austri Tiriæ,Egiptiq;,tres Reges de his quinque, qui cadere debent quam alij tres Reges dici possunt.Cum alia decem regna habitura sit bestia; quæ decem regibus regenda,vt Apoca.17.distributura est. Præterea si rectè Danielem inspicimus, si ordo litere in Daniele,& prophetis,seruandus est;eum,regem Austri superandum ab *Antichristo* cum iam ingressus fuerit Iudeā,& subegerit eam sibi assere re videmus. Et sic rex Austri de illis primis quinq; regibus qui cecidisse dicti sunt,futurus non est; quoniam post sextum regnum bestiæ, Quod Iudeorum est, vt infra videbimus,vincendus est.

Et cum Antichristus rex Aquilonis,vt Dan.xj.& Ezec. 38.dicatur, ideoq; rex Aquilonis futurus sit,quia ab Aquilone omne malū,super habitatores terræ,vt Hiere. 1. pandi debet: ipseq; omne malum super terram, esse debeat; An istud regnum de his quinque quorum quinque reges ceciderunt, sit videamus. Veritas huius quæstionis,ex verbis Dan. quæ habentur cap.xj. dependet; verba Danielis sunt hæc; Et stabit In loco eius vilissimus & Indignus decore regio,& in paucis diebus conteretur; non in furore nec

in

in prælio, & stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnū in fraudulentia, & brachia pugnantis expugnabūtur a facie eius, & conterentur cum sequentibus. Si vilissimus ille rex Aquilonis, in paucis diebus non in furore, nec in prælio conterendus est, locoq; ipsius clam & fraudulenter stare Antichristus debet, Necesse ergo est dicere, quod cadere de regno debeat; ex quo Antichristus qui per despectum intelligendus est, quia paruulus & contemptibilis Hier. 49. & Abdiæ cap. 1. dictus est, eius locum subire debet; Tum, quia qui despectus per Danielem dicitur; is manifestè per eum Antichristus vocatur. Sed si diceret aliquis nonne, & illi decem reges, quorum regna dabit bestia sequentibus se; de quibus loquitur D. Ioannes Apoca. 17. dicendi sunt cecidisse, si cadere debent per vim Antichristi, Cur igitur tantum quinque cecidisse, D. Ioannes inquit; cum & alij decem cadere debeant; Huic oppositioni solutio talis afferenda videtur. Isti quinque reges, qui cecidisse in textu dicti sūt, per visionē, priusquam bestia haberet regnum supra Iudeos cecidisse visi fuerunt, Antequā mulier scilicet Hierusalem quæ reędificanda est, quæ & Babylon dicta fuit; supra bestiam sederet, id est regina propter bestiam, supra alia regna Antichristi esset. At illi decem reges cadere, dum aquireret bestia septimum regnum, visi sunt, prout infra clare videbimus; qui cum ceciderint oportet eam breue tempus manere. Non sic in prioribus qui cecidisse dicti sunt, quoniā super istos plures dies stare bestia debet, quā supra alios decem, & hi decem per illud temporis spatium, in quo auferetur iuge sacrificium, ponetur q; abhominatio in desolationem, cadere debent, sicq; eo tempore quo Antichristus veniet, in quo post sextum regnum, eius Imperium multiplicabitur; At illi quinque antequam bestia cęperit facere menses quadraginta duo, ante tempus, tempora, & dimidium temporis ante sextum regnum bestiæ ceci

diffe dicendi sunt, immo cum folium suum exaltare cœpe-
rit. Tandem horum quinque regna qui cecidisse dicti sūt,
ea mihi videntur, quorum populi, exercitusq; cum bestia
ascensuri sunt, de quibus Ezech. cap. 38. locutus est. Sed
huius quæstionis declaratio magis per ea quæ tradam in il
lorum verborum tractatu, Et bestia quæ erat & non est, &
ipsa octaua est, & de septem est, de quibus aliqua infra su-
bijciam, eluceffet. Difficile quidem est percipere, quali-
ter illi quinque cecidisse intelligendi sint. Sed difficilius co
gnoscere qui futuri sint, cum de his apertius. D. Ioannes,
non loquatur.

Verumtamen ne adortā materiam indiscussam indeter-
minatamq; relinquere videamur, adhuc paucis de his quin
que qui ceciderunt agendum putaui, Quapropter dico sic;
sicut proditorie clamq; regnum Aquilonis, vt Dan. xj. An
tichristus vsurpaturus est. Similiter & proditorie dictionē
ducis fœderis, aquirere debet: vt Dan. dicto cap. xj. ibi. Et
brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius, & conte-
rentur, insuper & Dux fœderis: & post amicitias cum eo fa-
ciet dolū, & ascendet & superabit in modico populo. Quis
autem iste Dux fœderis futurus sit Daniel ibi non declarat;
Sed in principio cap. ait, & confortabitur rex Austri, & de
principibus eius præualebit super eum, & dominabitur di-
tione multa; multa enim dominatio eius, & post finem an
norum fœderabuntur, propter hæc verba, Ducem fœderis
hunc intelligendum qui contra Regem Austri, præualuit
existimaui, fœderatusq; cum eo est, quoniam de alio fœde-
re, siue fœderatore dicto Dan. cap. xj. neque etiam si bene
memini in toto Daniele, mentio fit. Et quorsum dicta
essent per Danielem hæc verba, & post finem annorum
fœderabuntur, Vt igitur aliquid operentur & disponant, vt
vna pars capituli, cum alia conueniat, Iste Dux fœderis ille
Princeps qui fœderatus post inimicitias cum rege austri di
citur intelligendus videtur: iste intellectus quamuis prima
facie

facie sapere videatur tamen, quia multos fęderatos Antichristo futuros, cap. vnico, Abdias pronuntiauit. Iste Dux foederis, de quo Dan. loquitur; Ille princeps qui præualuit contra regem Austri, intelligendus non videtur; quoniam quomodo rex Austri & princeps qui præualuit contra eũ, viri fęderis Antichristi dici possint, nõ video; cum post eos vt ex Dan. d. c. xj. lectione apparet, Antichristus surgere debeat; neque quis ex his, qui per Danielem fęderandi dicuntur, Dux fęderis vocandus sit; an rex Aquilonis, siue rex Austri, vel ille princeps, q̃ præualuit cõtra eũ liquet: Dicẽdus est igitur caput, & Rex Antichristus supra regnum Aquilonis; quia huius regni, rex vilissimus non in furore, nec in pręlio cecidit, quia fraude regnum illud, aquisiturus est; Secundo caput & rex supra ditionem ducis fęderis, qui fraude ab eo spoliandus est, dicendus videtur; supra ditionem inquã ducis fęderis ipsius Antichristi; supra ditionem ducis fęderatorum eius: etsi enim bello etiam dux fęderis; vt d. cap. xj. spoliandus sit, tamen magis fraudi Antichristi spoliatio victoriaq́; illa, attribuenda est, quam vi eius & bello, quis enim proditus de facili non superabitur & cadet: Et sic iã de duobus qui ceciderunt, vidimus.

De reliquis, modo videamus: ad intelligentiam igitur aliorum, qui cecidisse dicti sunt; offert se. Dan. textus: cap. 7. ibi bestia quarta regnum quartum erit, in terra; quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram; & conculcabit & cõminuet eam; porrò cornua decem ipsius regni decem reges erunt, & alius consurget post eos; & ipse potentior erit prioribus, & tres reges Humulibit, & sermones contra excelsum loquetur; Si Antichristus tres reges humiliaturus est; de prioribus, scilicet decem; qui cornua dicti sunt, de cornibus scilicet primis, qui eodem cap. nu. 8. euulsi a facie eius dicti sunt de cornibus, scilicet regni quarti regni scilicet regis græcorum quod habiturũ est decem cornua, & futurum est maius cæteris regnis, Si prodi-

torie occupaturus est regnum Aquilonis; dictionemq; du-
cis fœderis, ergo habiturus est imperium supra quinque re
gna, quorum quinque reges ceciderunt. Etsi enim Dux fœ
deris rex non vocetur, tamen propter eius dominationem
satis recte rex vocandus est. Cum enim Antichristus rex
Dan.7. & 8. Abdiæq; cap. vnico dictus fuerit, quia regnũ
proprium, quamuis paruum habiturus est; vt præcitatis lo
cis docemur; & fœdera inter potentes, & pares componi
soleant, censendus ergo iste Dux fœderis rex est, cum su-
pra fœderatos & potentes dicatur dux; & sic caput. Duo igi
tur regna per Danielem fraude, alia tria per vim ab Anti-
christo aquirenda proponuntur; Propter hæc igitur regna
quorum quinque reges ceciderunt, Arbitror D. Ioannem
dixisse bestiam habituram regnum supra quinque regna,
quorum quinque reges ceciderunt.

Si quæreret aliquis, an inter istos tres reges, qui per Da
nielem humiliandi ab Antichristo dicuntur; Rex Aquilo
nis, connumerandus sit. Item si connumerandus sit, quomo
do quinque per Danielem, & prophetas, ante aquisitio-
nem regni sexti, cecidisse probari possint. Huic *obiectioni*
sic occurro. dico igitur illos tres reges humiliãdos vi, vt di-
cit textus d. cap. 7. ibi, Et tria de cornibus primus euulsa sũt
a facie eius, nam per illam dictionem euulsa: quæ in textu
legitur, quædam regni violatio, siue violenta spoliatio in-
fertur, sed regnũ Aquilonis nõ vi, sed fraude per Antichri
stum quærendum est, vt d. cap. xj. Præterea per dictum cap.
xj. quod rex Aquilonis ab Antichristo, spoliari debeat, nõ
infertur; quamuis illud regnum fraude per Antichristnm,
aquirendum sit: potest enim dari, quod iam ille rex Aqui-
lonis ceciderit, antequam eius regnum per Antichristum
occupatum fuerit; potest enim occupari regnum defuncto
eius rege, quin & cecidisse etiam rex Aquilonis dicendus
est, cum in paucis diebus non in furore, neq; in prælio cõ-
tritus fuerit: Verumtamen cum cæteri reges per Antichri

stum

ſtum regno, ſpoliandi ſint; Similiter & Rex Aquilonis ſpo liandus ab eo, intelligendus videtur.

Sed dicet aliquis, hic D. Ioannes quinque capita cecidiſſe, dixit; Daniel autem tria cornua per Antichriſtũ euellenda, inquit; Si cornua euellenda ſunt, ergo nõ capita; ſi capita cadere in D. Ioannis textu intelligenda ſunt; Ergo nõ cornua per Antichriſtum ſuperanda ſunt: ergo de his tribus regibus, de quibus Daniel loquitur, D. Ioannes ſenſiſſe non videtur; Quomodo igitur hos textus concordabimus: Pro reſponſione dico Regnum quartum, quod regnum græcorum dicendum eſt, in quatuor ventos cœli, etiam in externos diuidendum & lacerandum eſſe, vt ait Dan. cap. 8. & 11. Cornua igitur regni grecorum, cũ in quatuor ventos cœli, diuidenda ſint; non amplius cornua poſt diuiſionem, ſed capita vocanda ſunt, cum nullum ſuperiorem, recognitura ſint; Propterea dixit Dan. & tres reges humiliabit; quia ſi cornua humiliaturus eſſet, etiã cornu primum, & ſic caput regni græcorum ſuperaturus eſſet; quod cum fractum dicatur, & ſic defunctum, dicendum non eſt; quod amplius ſuperari poſſit. Dixit ergo Dan. ſuperanda tria cornua; de cornibus primis, vt cuius Imperij regna, futura eſſent, quæ ab Antichriſto ſuperanda ſunt, oſtenderet; quæ ex cornibus per diuiſionem in quatuor ventos cęli; & in externos capita efficienda ſunt.

Quæro nunc pro expeditione quinque regum, qui ceciderunt; Quod ſit iſtud regnum Aquilonis, quod clam, & fraude ab Antichriſto quærendum eſt, Quod ſit regnũ Aſſiriorum dicendum videtur; Quia Aſſur Antichriſtus, dictus eſt; Et mihi apud multos prophetas hoc nomine vocatus videtur. Salua igitur interpretatione ſanctorum Doctorum, ſanctæq; matris Eccleſiæ, in omnibus meis annotationibus; ſub nomine regis Aſſiriorum Antichriſtum; multis locis intelligendum putaui; Et primo in Iſaiæ cap. 19. ibi benedictus populus meus Aegypti; & opus ma-

nuum mearum Assirius; hæreditas autem mea Israel; Si Assirius opus manuum Domini est, videlicet flagellum Dei; vt eiusdem Isa. cap. 10. habetur; ibi, Veh Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea; & Antichristus flagellum Dei; vt Dan, 8. cap. ibi. Robur autem datum est ei, propter peccata, & nullum maius flagellum super terram ipsius Antichristi feritate, immanitateq;, mittēdū sit; cur nō Assirius, vocād⁹ est; Primus comedit eum rex Assur, iste nouissimus exossauit eum, Inquit Hier. cap. 50. si per regem Assiriorum Hierusalem, succensa fuit, populusq; fame in ciuitate contritus est; Vt Hiere, cap. 2. propter quod populum Iudeum Nabucodonosor, comedisse dicitur; Quis igitur iste nouissimus Rex Assur dicendus est; Nisi Antichristus qui in diebus nouissimis venturus est, qui fame captiuitate gladióque sicut Nabuchodonosor non tantum populi Iudei fideles, sed & omnium gentium perditurus est; Quod autem per Assurem Antichristus intelligendus sit, satis clare Ezechielis verba quæ cap. 22. habentur demonstrant. Idem nomen Ciuitatis Babylon de qua supra late meminimus suadere videtur: cur Babylon dicta fuerit. Idem Isaias cap. 7. docere videtur, vbi Regem Assyriorum nouaculam quæ pilos pedum, & barbam vniuersam incisura est, vocat, quia fidelium magnos & minimos Nobiles & plebeos Antichristus occisurus est, faciemque ecclesiæ vastaturus, ea facilitate qua nouacula Barbam abradet, & hoc verificatum in Nabuchodonosor Rege Babylonis, qui fuit in diebus Ioachim, & Sedechie regum Iuda non reperio; quod in gladio amputauerit barbā vniuersam. Præterea cap. 10. ait Isaias quod cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, visitabit super altitudinem oculorum Regis Assur, & gloriam eius eo quod dixerit in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum, & principes eorum depredatus sum; & detraxi quasi

potens

potens in sublimi residentes; sed quando Dominus cunctæ opera sua in monte Siō, nisi in diebus nouissimis implebit, nisi cum Antichristus cogitationes suas impleuerit, nisi cum fecerit menses quadraginta duos; siue tempus, tempora, & dimidium temporis adimpleuerit: Igitur appellatione regis Assur qui in diebus nouissimis futurus est, cum implebit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, Antichristus intelligendus videtur; Et quis inquam futurus ille Assur est, qui a voce Domini percussus pauebit; de quo Isa. cap. 30. loquitur, nisi Antichristus; Audi quid dicat Mich. cap. 5. quod cum Dominus Iesus venerit in terram suam liberabit ab Assur; ergo cum ipse in vltimis temporibus venire debeat, Antichristi, scilicet tempore, futurū est, quod rex Assur Antichristus dicendus sit; de huius autem verbi venire significatione infra tractabo; Quod autem Antichristus rex Assur futurus sit, id ex Sophoniæ cap. 2. etiam probari videtur; vbi inquit quod Dominus extendet manū suam super Aquilonem, & perdet Assur; sed si quando perdetur Antichristus rex Aquilonis, perdendus est Assur, vtique Antichristus Assur est, Assirij enim sub Aquilone, habitant. Qui igitur rex Aquilonis erit, vtique Assur dicendus est; Propter hæc omnia salua semper interpretatione S. Matris Ecclesiæ Antichristum Regem Assiriorum futurū esse iudicarem. Verumtamen cum textus Antichristum regnū Aquilonis habiturum dicat, illud non videtur tantum ad regem Assiriorum restringendum, & dato quod Antichristus d. cap. Danielis 8. non aperte regnum Aquilonis habiturus dicatur tamen cum locum vilissimi regis ingressurus sit, qui in regnum regis Aquilonis successurus est, & ipse regnum Aquilonis acquisiturus dicendus videtur.

Nunc ad cap 17. D. Ioannis, materiā redeo, Et offerunt si illa verba, VNVS EST; Hæc verba sic intelligo, Id est habebit ciuitas, & bestia imperium supra vnum regnum, quod est, cuius rex non cecidit neque cadet, Per Danielē. n. An-

tichri-

tichristum prevalere debere contra Christum per tempus, tēpora, & dimidium tēporis, scribitur propter quod regnū vnius regis qui est regni scilicet Iudeorum habiturus dicitur. In alio enim regno hæc verba verificari posse nequaquam videntur, neque in alio rege: quia solum Christi regnum stare debet in æternum; Ipse enim solus rex Iudeorum sempiternus est, & ipsius est regnum vt inquit Dauid; propter quod regnum Iudeorum, quod bestia habitura est ipsa bestia esse videbitur, quod Deus scilicet sit, & Christus; quia regnum illud tantum Christi futurum est. Sed dicetur de bestia: erat, & non est, quia Deus non est. Dicitur igitur bestia habitura imperium supra regnum Christi, qđ est: quod scilicet a Christo non cadet. Regnum inquam supra vnum regnum, cuius regni rex vnus est; quia non plures supra illud dominaturi sunt; sed tantum vnus qui est Christus, qui solus rex est, futurusq; est rex Iudeorum; qui est, Id est qui non cecidit neque cadet de regno suo cum regnum eius sempiternum futurum sit; vt Dan. 7. Antichristi verò quasi mercenarij; cum anni eius quasi anni mercenarij futuri sint, vt in Euangelio habemus; quia gentes mercede ad se trahere debet. Vtique ergo, ille vnus est; Christus noster dicendus est; qui ideo etiam dictus est esse, & rex vnus; quia & si a maiore parte populi negandus sit; tamen adhuc in diebus illis Nouissimis a multis Iudeis adorandus est, vt supra vidimus.

Alius nondum venit.

ID est regnabit bestia supra septimum regnū quod nondum venit; scilicet quod nondum ad gloriam ad quam perventurum est, ascendit; Vidit inquam D. Ioannes bestiam regnantem, sibi septimum regnum facientem, quod multiplicabatur; quod cum venerit breue tempus mansurum est; vult inferre iudicio meo D. Ioannes

per

per hæc verba, Quod cum Antichristus quinque regna quorum quinque reges ceciderunt; at quis fuerit, regnumq; cuius rex vnus est; Id est regnum Iudeorum; nondum dicendum ipsum venisse. Sed adhuc aliud regnum quod vocat septimum acquisiturum; quod cum Venerit oportet illum breue tempus manere, complenda igitur omnis gloria Antichristi, in regno eius, septimo per ipsum acquirendo videtur, cum post illud breue tempus stare debeat; Quapropter illa regna decem quæ decem regibus distributurus est de quibus cap. hoc 17. in hoc regno eius septimo acquirenda videntur. Postquam Antichristus rex Iudeorum factus fuerit, quia venisse post regnum eius septimũ dicendus est.

PER HAEC VERBA ALIVS NONDVM VENIT, ET CVM VENERIT OPORTET ILLVM BREVE TEMPVS MANERE. Noto quod facturus est Antichristus mẽses quadraginta duos postquam regnum sextum acquisiuerit, Siue tempus, tempora, & dimidium temporis post regnum sextum currere debere; cum post sextum venire debeat. Id est impleri gloria eius, quæ intra tempus, tempora, & dimidiũ temporis implenda est; cum intra illud tempus facturus sit, eo igitur tempore quo venturus est, videlicet in quo ad altitudinem gloriæ ascensurus est, ad quam ascendere debet; eodem curret tempus, tempora, & dimidium temporis regnumq; eius septimum fiet.

Videamus quale regnum eius septimum futurũ sit, breuiter dico, non tantum id futurum, quod decem regibus, distribuendum est, Sed id a bestia reputandum si vastauerit Ecclesiam Christi; hanc præcipuam futuram gloriam eius putabit, si iuge sacrificium, abstulerit; hoc regnum eius septimum. Idest requiem sempiternam arbitrabitur: Si abhominationẽ in desolationem, posuerit; qa sicut die septimo quieuit Dominus, & ipse creditur⁹ est post dispersam, & vastatam Ecclesiam Christi se deinde a nullo molestandum, sed perpetua pace, & requie, regno suo se potiturum

titurum, in semplicernum à gentibus sit adorandum fore; Quapropter vt Christi; Ecclesiam vastet, vt adoretur, regnumq; supra omnes gentes aquirat, plusquam poterit facere conabitur, vt Hiere.48.habetur. Audiuimus superbiam Moab Inquit Isaias cap. 16. superbus est valde superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius: sed de hoc regno septimo infra plura subijciemus.

Et cum venerit oportet illum breue tempus manere.



HAec verba sic intelligenda videntur, cum venerit oportet illum breue tempus stare, Non enim hæc verba ita intelligenda videntur, quod postquam venerit, idest, ascenderit ad omnem gloriam suam, oésq; cogitationes suas, compleuerit, per breue tempus victurus sit; quia, ait Dan. capsi 12. quindiq ex quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita abhominatio in desolationem, adhuc dies mille ducenti nonaginta. Propterq; verba ne contrarietas inter propheciam D. Ioãnis, & Danielisq; inducatur: hæc ita exponenda videntur, quod postquam venerit, idest fecerit menses quadraginta duos, breue tempus stare debeat; Non enim quandiu viuet stare videbitur, sed postquam fecerit menses quadraginta duos, & adimpleuerit quæcunque adimplenda sunt per eum, in gloriam suam, tamdiu stare videbitur, quamdiu non descendent flagella Dei super eum, & regnũ eius, Quia cum inceperit visitare Dominus fructum eius, & gloriam altitudinis oculorum eius, cum dicturus sit in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, vt inquit de eo cap. 10. Isaias, tunc cadere incipiet, & mirabuntur inhabitantes terram videntes bestiam, quæ erat, &

non est, cum reputandus Deus a gentibus Antichristus sit; quia futurum non est, quo de quis diebus mille ducentis sexaginta operibus eius resistat.

Venisse autem Antichristum tunc arbitrandum puto; cum post ablatum iuge sacrificium abhominatio in desolationem posita fuerit; cum completa fuerit dispersio manus populi sancti; Id est vastitas Ecclesiæ sanctæ; vt huius mentis est, Dan. cap. 12. ibi, Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, Et cum depredationem, consumauerit, cum fatigatus desierit contemnere, vt per Isa. cap. 33 ibi, Veh qui prædaris, nonne & ipse prædaberis; Et cum putauerit impunè & commodè regnis suis, omnibus iã gentibus sibi subactis, & seruientibus perfrui posse: cum bis gladium suum probauerit, cum fecerit menses quadraginta duos; hoc est cum finierint tempus tempora, & dimidium tpis; cumq; quæcunq; adimplenda sunt per eũ, de quibus prophetæ locuti sunt impleuerit; sicut dixit Isa. cap. 10. ibi, Et erit cũ impleuerit Dominus cũcta opera sua in mõte Syõ, cum sequentibus, quę opera eius tunc impleta videbuntur, cum dies mille ducenti sexaginta finem acceperint.

Quod autem per verbum venit, intelligere debeamus, quod ipse septimus rex nondum ad maiestatis suæ altitudinem ad quam peruenturus erat, ascenderit; D. Ioannes euangelij sui cap. fin, docere videtur; ibi, Si eum volo manere, donec veniam quid ad te; quia verbũ VENIAM, ita ibi intelligendum est, Id est donec in maiestate magna venero; Similiter apud sanctum Marcum cap. 14. verbum venisse sumendum est ibi, Ego sum; & videbitis filium hominis sedentem a dextris Dei, & venientem in nubibus cęli; quod & significare D. Math. cap. 26. videtur ibi, Tu dixisti, verumtamẽ dico vobis, ammodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli; Venit igitur verbum, vt conueniant scripturæ,

in significatione, cum potestate, maiestateq; aduentum significat; Quapropter hæc verba alius nondum venit; ita interpretanda videntur; id est nondum glorificatus est ea gloria corona, & maiestate qua exaltandus est; post enim assumptum regnum Iudeorum, qua maiori gloria apud gẽtes extolli Antichristus, quodue regnum maius aquirere poterit, quam si iuge sacrificium auferat, posueritq; abhominationem in desolationem, cum propter hanc in oculis gentium insipientium Deus reputandus sit. Alias enim si verbum venit, prout docent grãmatici; intelligi deberet, quomodo vidisset bestiam habentem regnum supra quinque regna quorum quinque reges ceciderant, & supra vnũ regnum quod est; & hãc nondum aduenisse; si venerat iam, ergo eius aduentus expectandus non erat; nam si bestiam habentem illa regna vidit: vtique grammaticè loquendo venisse dicenda erat; vidit igitur D. Ioannes bestiam habentem potestatem supra iuge sacrificium; quamuis tale regnum nondum ad plenitudinem suam peruenisset, & qđ hoc modo quo supra exposuimus verbum venit intelligendum sit, ex Dauid 12: psalmo noto; ibi, *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos*; In hoc enim seculo iuisse S. Apostoli dicendi sunt, cum verbũ Dei iustitiam docentes super vniuersam terrã seminabant. Per illa verba; Euntes ibant & flebant, Veniẽtes autem tunc dicendi sunt cum sedentes super thronos cum Domino Iesu ad iudicandum venerint; Quapropter cum participes gloriæ Christi futuri sint, aduentusque Christi in Maiestate magna futurus sit, & ipsi venientes in Maiestate dicendi sunt. Qua de re verbum venit de necessitate hic plenitudinem Maiestatis inferre videtur: Hanc quoque interpretationem recipere verbum venerit, videtur; de quo in Mich. cap. 5. legitur: ibi, *Et erit iste pax Assirius cum venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris,*

&

& eod.cap.ibi, Liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram; quia tunc vere cum in maiestate sua Dominus Iesus aduenerit, liberabit reliquias populi Iudei, & fidelium ab Antichristo; qui Assur vt supra vidimus; dicitur: si per aduentum Domini Iesu, Draco venisse dictus est, quia extinguenda gloria draconis erat, quia amplius propter mortem Domini Iesu stare non debebat, vt de hoc dictum est in materia huius cap. 12. ibi, Nunc facta est salus, & ibi, & stetit ante mulierem; ergo & hic verbum venit; similiter intelligendum videtur; quod nondum scilicet Antichristus ad gloriam suam peruenisset: ad quam cum peruenerit, exclamat contra eum Ezech. cap. 21. sic dicens, tu autem impiè prophane Dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, Aufer cidarim tolle coronam; nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit, contra hunc inuehitur Hierem. 50. cap. Dominus sic dicens; ecce ego ad te superbe dicit Dominus Deus exercituum; quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ, & cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum, & succēdam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

Et bestia quæ erat, & non est, & ipsa octaua est, & de septem est.



Iste textus difficilis est, sed Domino adiutore, facilem præbere existimo: Primo igitur eum sic declaro; Id est non tantum bestia sex regna habitura est: sed etiam octauum regnum: Dicitur enim octauus rex propter illa decem regna quæ dabit decem regibus, quorum ipsa futura est caput & rex. Et septimus rex quia illi decem reges, potestatem ipsorum, & virtutem tradituri sunt bestiæ, & facturi quod placitum erit illi, & si enim illi decem futuri sint reges, tamen quia vnum

consilium

consilium cum bestia, habituri sunt, vt dicit textus iste, ipsa bestia regnum ipsorum habere videbitur, & sic eo respectu quo futurus est Antichristus caput ipsorum, octauus rex est, respectu autem illo quo habent vnum consilium cum bestia, & potestatem suam bestiæ tradent, ipsa bestia septimus rex est, & sic de septem est; quia illa decem regna sibi retinuisse videbitur.

Sed quia cum Iuge sacrificium abstulerit ponetq; abominationem in desolationem gentes credituræ sunt; quod Antichristus Deus & Christus Dei sit; quia videbitur esse & stare; propter quod dicent gentes ipse est, scilicet Deus, & Christus; non autem Iesus crucifixus, & adorabitur in vniuersa terra, Et cum hoc sit futurum regnum eius præcipuum, sicut Dei regnum est vt adoretur, propterea hoc regnum eius, septimum dicendum est, quasi septima vice acquisitum, septimo veluti die adeptum; Octauum autẽ quia decem reges ab eo hoc regnum temporale obtinebunt, qd de septem est; quia per bestiam in septimo eius regno acquirendum est; cum auferet iuge sacrificium, & diebus milleducentis sexaginta prosperabitur.

Tametsi præcedentes intellectus videantur transire, & subsistere veriorem tamen adhuc proponemus distinctionem. Aduertite: Quomodo enim Antichristus septimus rex per hæc verba alius nondum venit, vocatus fuit: si nondum regnum septimum acquisiuerat. Præsupposito enim capite, & Regei, & regnum cum sint correlatiua præsupponendum est. Et si septimus rex erat, quomodo nondũ venisse dictus fuit, si nõdum acceperat regnum septimum, quando septimus rex vocari potuit; Propterea dico quod rex septimus vocatus fuit, quoniam de proximo acquirere debebat regnum septimum. Sed adhuc pro faciliori, & veriori solutione dico Antichristum Cornu vnum modicum Dan. 7. & 8. vocatum fuisse, quia regnum proprium quauis paruum habiturus est, propter hoc D. Ioannes dicit. Quod

alius Rex nondum venit, quasi diceret quamuis Antichristus qui habet regnum proprium hæc sex regna acquisiuerit, tamen nondum venit; scilicet nondum ascendit ad gloriam suam, ad maiestatem ad quam peruenire debet non-dum adeptus est, nōdum occupauit regnum septimū quod per eum acquirendum est, decemq; regibus distribuendū, quod in ordine octauum futurum est; Igitur Antichristus habens septem capita, visus fuit, propter regnum propriū quod habebat, propter quod septimus rex post adeptum regnum Iudeorum futurus est; & quia post regnum sextum Iudeorum acquirere debet aliud regnum, quod postea distributurus est decem regibus, propter hoc regnum septimum octauus rex dicendus venit, & ipse octauus de septē est; quia istud octauum regnum acquirere debet post regnum sextum, Quia septimum regnum est quod per ipsum acquisitum est; Et per hanc expositionem credo quod habeamus uerum intellectum horum verborum, & bestia quę erat, & non est, & ipsa octaua est; & de septem est; Quia etsi istud regnum quod septimo acquirendum est, & dandum venit decem regibus, acquirēdum sit post regnum sextum; tamen in numero octauum est, quia Antichristus futurus est rex ante sex regnorum occupationem, & acquisitionē, & acquisitis sex regnis, habiturus est capita septē propter regnum proprium, propter quod regnum septimum, quod per eū acquirendum est, bestia octauus rex est; & istud octauum, est de septem, acquirendis per eam, septimum scilicet quod acquirēdum est; Quia hæc decem regna non sunt de illis quinque quorum, quinque reges ceciderūt, alias enim dixisset D. Ioannes quindecim reges cecidisse, non autem tantum quinque, item octauum regnum, non potest esse de sexto regno Iudeorum, quia illud vnum est, & super illud rex vnus est; Octauum igitur regnum quod de septem est, illud futurum dicimus quod septimo per Antichristum acquirendum est; quia no potest esse de quinque quorū, quin

que


que reges ceciderunt,neque de ſexto,quia illud vnum eſt; & octauum decem regna habiturum eſt; de ſeptem igitur eſt; quia ſeptimum futurum eſt, quod ꝑ beſtiã acquirẽdum eſt. Dicitur igitur beſtia habens capita ſeptem propter regnum proprium,& ſex regna quem per eam acquiſita erãt, & octaua, propter ſeptimum regnum quod per illam acquiſitum fuit, quod decem regibus datum fuit. Et quia iſtud ſeptimum; quod & octauum eſt,datum decem regibus fuit; propterea dicitur tantum beſtia habens capita ſeptem ; & cornua decem;& per hæc credo,ſatis declaratam hanc materiam cap. 17. ſalua ſemper in omnibus. S. Doctorum interpretatione.

Præmiſſis,adhuc pauca addenda putaui,cum decem regna de quibus loquitur tex. capitu. 17. de quo agimus ; in regno ſeptimo beſtiæ, quod per beſtiam ſeptimo quærendum eſt,acquirenda ſint. Et ſic beſtia dicatur de ſeptem;& in ſeptimo per eam regno acquirendo ventura ſit;cõſequẽter,dicemus beſtiam veniſſe , cum diſtribuerit, hæc decem regna decem regibus , quia cũ factum fuerit ſeptimum regnum ipſa veniſſe dicenda eſt;Hoc igitur ſignum quod beſtia venerit videbitur;cum regna decem poſt ſextum acquiſiuerit,& diſtribuerit: Nota ad cognitionem quando beſtia dicenda ſit veniſſe,tunc enim videbitur veniſſe cum regnũ ſeptimum acquiſiuerit,cum omnia ſibi ſubegerit, quæ tũc acquiſiuiſſe regnum ſeptimum, Indubitate dicenda erit; cũ regnum ſeptimum,quod poſt ſextum acquirendum eſt decem regibus diſtribuerit ; recepturi enim dicuntur reges decem,regnum poſt beſtiam, & ſic poſtquam alius rex venit,id eſt ſeptimus rex ; Igitur in ſeptimo regno vetura eſt.

Hęc autem eo dicta ſunt,vt cognoſcamus quibus modis Antichriſtus aſcendere,& cadere debeat, quia cum venerit oportet illum breue tempus manere , & qualiter etiam aſcenſurus ſit ſatis clare demonſtrat tex. Apoc.cap. 13. ibi, Et ſuper capita eius nomina blaſphemiæ,cum ſequẽtibus.

Et

Et super capita eius nomina blasphemia.



D est attribuet sibi nomina gloriæ,& Maiestatis Christi,& regnum Iudeorum inquiet suum esse; quia supra illud coronam habiturus est. Et si datum fuit ei os loquens magna, & blasphemias, vt hoc textu, vtique super capita eius nomina blasphemię futura sunt. Præterea si aperiet os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius,& tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant, in cōtemptum igitur Dei, & Christi qui tabernaculum Dei est, in contemptum Iugis sacrificij,in quo tabernaculum Dei est,aperiet os suum, Dicitur igitur habere super capita eius nomina blasphemiæ,q̄ sermones contra excelsum loquetur, vt Dan. 7. Quia aduersus Deum Deorum loquetur magnifica: vt Dan. xj. quia contra principem principum, scilicet Christum consurget, vt Dan. 8.

Propterea filij hominis, dic Principi Tiri. Hæc dicit Dominus Deus, eo quod eleuatum est cor tuū, & dixisti Deus ego sum. Et in Cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo,& non Deus;& dedisti cor tuū quasi cor Dei, Ecce sapientior es tu Daniele; Omne secretum non est absconditum a te, in sapientia,& prudentia tua fecisti tibi fortitudinem,& acquisisti aurum, & argentum in thesauris tuis, In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem; Et eleuatum est cor tuum in robore tuo; Propterea hæc dicit Dominus Deus; eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor Dei; Idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ; & polluent decorem tuum; Interficient,& detrahent te, & morieris in interitu occisorum in corde maris; Nunquid dicens loqueris Deus ego sum, coram interficientibus te cum sis homo,& non Deus, in manu occidentium te; morte in-

circoncisorum morieris, in manu alienorum; quia ego locutus sum ait Dominus Deus: In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluisti sanctificationem tuam; Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium videntium te; Omnes qui viderint te in gentibus obstupescent super te, nihili factus es, & non eris in perpetuum; Filij hominis loquere & dices, ecce ego ad te, Pharao rex Egipti Draco magnæ qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis meus est fluuius, & ego feci me metipsum; & ponam frenum in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum squammis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui, squāmis tuis adherebunt, & proijciam te in desertum; & omnes pisces fluminis tui; super faciem terræ cades, non colligeris neque congregaberis, bestijs te, & volatilibus cœli, dedi te ad deuorandum: Ecce paruulum dedi te in gentibus contemptibilem inter homines, Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petre, & apprehendere niteris altitudinem collis; Cum exaltaueris quasi Aquila nidum tuū inde detraham te, dicit Dominus Deus.

Et bestia quam vidi similis erat pardo; & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis; & dedit illi Draco virtutem suam, & potestatem magnam.


ESTIA QVAM VIDI SIMILIS ERAT PARDO. Id est mores habebat Pardi, pulcher enim aspectu, placidus, & quietus apparet pardus: sed corde suo tractat dolum vt bestias agri fraude deuoret,

ueret, sic Antichristus pulcher aspectu, & honorabilis erit,
vt Isa. cap. 9. ibi, longæuus & honorabilis ipse est caput; &
Ezech. 28. Veruntamen Dirigetur dolus in manu eius, vt
Dan. 8. & Habach. cap. 1. quia totum hamo suo trahet in
sagenam suam, & muneribus allicit gentes vt animas eo-
rum quidem subrepat; fraudulenti vasa pessima sunt, ait de eo Isa. 32.
ipse cogitationes concinnauit ad perdendos mites in ser-
mone mendacii.
[illegible] Pardi pellis varietate gau-
det, dicitur propter hoc bestia similis pardo, quia varieta-
te sua, argumentis & falsis doctrinis seductura est gentes;
& sicut pardus non potest mutare varietates suas; sic Iudei
postquam fuerint ab Antichristo seducti, tanquam pardi
non poterunt mutare varietatem suam, inconstantiam sci-
licet in fide; Si mutare potest Ethiops pellem suam, ait Hie-
re. 13. Aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefa-
cere cum didisceritis malum, vt significaret eis, quod cum
absorbuerint doctrinam Antichristi, qui malus Amos cap.
5. dictus est; & sic variare à fide didiscerint; impossibile fe-
rè futurum, quod à varietate sua, ab infidelitate, inconstā-
tiaq; recedere debeant; cū peruerso inquit Psalmista psal-
mo 17. peruerteris, & cum viro innocente innocens eris;
Antichristum autem Pardum futurum Hier. cap. 5. docuit;
Idcirco inquit Hiere. percussit eos leo de Silua, lupus ad
vesperam vastauit eos, Pardus vigilans supra ciuitates eo-
rum; Lupus ad vesperam quia in diebus nouissimis, caligi-
nis & tenebrarum tempore venturus est.
Pedes eius sicut pedes vrsi; id est opera eius bestialia; &
vitæ eius prauæ; Sicut vrsus stare & ambulare respectu alio-
rum animalium videtur; Similiter Antichristus respectu
hominum quasi videbitur stare, quasi Deus videbitur; Et
sicut vrsus non potest, sicut homo stare, sed bestiarum mo-
re sæpe vadit; & cum aliquando rectus steterit, ad
ambulandum bestiarum more redijt; Sic oportet istam be-

stiam cum aliquo tempore quasi homo, & quasi Deus fecerit, bestiam reputari, & cadere.
Et os eius, sicut os leonis; Os leonis voracissimum est, Sæpissimè propter bestias Agri, quos deuorat, maculatū sanguine reperitur; Similiter Antichristus cum pro sequentibus eum, substantiam multorum direpturus sit, Et supra quam credi potest vniuersa vastaturus, quasi bestias populum sanctorum interfecturus, quasi ore pauperes Christi dilaniaturus, os leonis vocandus est, Dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis; Et sicut leonis rugitus per multa milliarium spacia audiri solet; Sic os eius a multis nationibus audiendum est; & fama eius per vniuersam terram, transire debet; Hic est cuius os, maledictione plenum inquit Dauid; & amaritudine, & dolo, hic qui sedere debet in insidijs cū diuitibus, in occultis vt interficiat innocentem; Quoniam oculi eius in pauperem respicient; insidiabitur in abscondito quasi leo in spelunca sua, & quasi catulus leonis habitans in abditis; Insidiabitur, vt rapiat pauperem; rapere pauperem dum attrahit eum, in laqueo suo humiliabit eum; & exultatio eius sicut qui deuorat pauperem in abscondito.
Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis; Quia bestiam habituram regnum quod est sub aquilone dictum fuit, ne contingeret dubitari, an etiam regna quæ sunt sub alijs ventis cœli, & potestatem aliarum bestiarum, quæ fuerunt ante eam, habitura sit; propterea ait & bestia quam vidi similis erat pardo cum sequentibus; Etsi enim in omnibus nō fuerint appositæ huic bestiæ ascendenti de mari, omnes coniecturæ ille de quibus loquitur Dan. cap. 7. quæ de tribus regibus dictæ sunt, tamen cum partim ponantur eedem cōiecturæ per D. Ioannem, omnes qualitates illarum bestiarum, & imperia in istam bestiam confluere debere, dixisse D. Ioannes censendus est.

Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est; & admirata est vniuersa terra post bestiā, & adorauerunt Draconem qui dedit potestatem Bestiæ, & adorauerunt bestiam dicentes quis similis Bestiæ, aut quis poterit pugnare cum ea.



ON puto per hæc verba vidisse D. Ioannem; Antichristum passum fuisse cladem in bello; neque aliquod ex regnis suis amisisse; Primo quia si sic intelligendum foret, potius vidisset descendentem quam ascendentem; Secundo quia illa verba, Quis similis bestiæ; aut quis poterit pugnare cum ea, sine ratione prolata viderentur; quoniam cum eo qui vincitur vtique pugnari potest; Tertio quia legitimè admirari non poterat terra, si vincebatur bestia, & inde regnum perditum recuperabat, quoniam sæpe contingere solet, quod aliquis post spoliationem regnum recuperet; Vnde nō est hoc mirabile super terram; Quapropter de regno perdito, & deinde recuperando a bestia Ioannes loqui putandus non est. Quarto aut vidit D. Ioannes, cum exciderctur vnum de capitibus Bestiæ, Bestiam habentem capita septem & cornua decem, & sic eam iam venisse; & tūc non video in prophetis, neque in D. Ioanne, quomodo aliquod regnum bestia amittere potuerit, donec omne regnum eius vna die conteratur a Domino, & si in septimo regno omnia sibi subiget, quis igitur postea pugnaturus est cum ea scilicet post regnum eius septimum, propter quod octaua est: Ergo de aliquo regno amittendo non est intelligendus locutus fuisse D. Ioannes; Quod autem in regno eius septimo omnia sibi subacturus sit, Id ex eo probari vide-

detur,quia in septimi regni aquisitione bestia ventura est, nam si aliquid remaneret aquirendum post septimum regnum,ergo in septimo regno ventura non esset;cum igitur in septimo regno per ipsam aquirendo venire debeat; ergo & tunc omnia sibi subiectura est, & supra omnes partes terræ imperium aquisitura est; quod habiturum Antichristum D.Ioannes Apoca. 6.& 13.inquit: Qua de re de alicuius regni amissione non videtur sensisse Ioannes; Aut vidit D. Ioannes bestiam habentem tantum capita septé, non autem cornua decem; cum excideretur vnum de capitibus eius; Et tunc cum post sextum regnum Iudeorum ventura sit, & sic post septimum regnum incluso eius regno proprio,& in septimo per ipsam aquirendo; quod futurum est octauum;& factura sit menses quadraginta duos d. Apoc.cap.13. p tẽpus tempora & dimidium temporis, diebus mille ducentis sexaginta,cum omnia his diebus iuxta voluntatem suam exequutura sit, vt Dan.11.& totum trahere debeat in sagenam suam: cum omnia prospere ei cedere debeant; quod de nulla regni amissione per hunc textus particulam D. Ioannes sentiat sequitur; quia eo tempore quo amitteret regnum, non est qui vinientem bestiam dicere possit; quia alias non videretur ei datum facere menses quadraginta duos de quibus loquitur text. hoc cap.13.& facere iuxta voluntatem suam & totum trahere in sagenam suam.

Quinto si D. Ioannes per hæc verba, intellexisset Antichristum priuandum vno regno, & de alicuius regni recuperatione, agere; eodem modo dicendi vsus fuisset, quo vsus est cap. Apoca.17.Nam cum voluit dicere quinq; reges spoliatos regno, dixit cecidisse; Similiter hic, si Antichristum spoliandam aliquo regno prædicere voluisset, D. Ioannes,loquutus videretur;Quapropter nimis me mouet latissima illa verba; quasi occisum in morte,& plaga mortis eius curata est; quæ in aliam interpretationem ince adda

tere videntur; hoc igitur modo, salua pace S. Matris Ecclesiæ, textum declarandum hunc credo; Quia Christum mori debuisse, vt ex lectione prophetarum innotescit, certissimum est; Antichristus vt facilius seducat gentes, vt impleri in persona eius, scripturæ videantur; vt facta eius cũ prophetis cõuenire videantur; sponte amputationem subiturus capitis sui, moriturusq́; videbitur; & non obstante plaga amputationis capitis, quæ de facili curanda venit; resurrecturus: Hæc res profecto digna admiratione in oculis gentium videbitur; Propter hoc dicendum foret, quod admiraturæ sint gẽtes, & dicturæ quis poterit pugnare cũ bestia; Quod autem exciso capite mortis plaga curãda sit, viuereq́; debeat Antichristus; verba eiusdem capituli suadere videntur; ibi Et seduxit habitantes in terra; propter signa, quæ data sunt illi facere, in conspectu Bestiæ; dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quę habet plagam gladij, & vixit, quoniam vixisse eum dicimus qui mortuus est; Dicendus est igitur occisus in mortem, & plaga mortis eius curata; quia moriturus, & non obstante plaga amputationis capitis recepturus est vitam; non autem dicendus est per hanc textus particulam quod amiserit aliquod regnum; quia quod amissurus sit vnum regnũ non vidi in aliquo prophetarum. Vidit igitur D. Ioannes vnum de capitibus bestiæ quasi occisum in mortem, & non plura; quia vnus tantum occidi poterat; ipsę videlicet Antichristus; Et quia tantum vnum caput eius excidi poterat; Non obstat si diceretur, quod D. Ioannes, si de vero & naturali capite bestiæ sensisset; tantum dicturus fuisset; Et vidi caput bestiæ, quasi occisum in mortem, quia cum septem capita bestiam habentem dixisset; Non videbatur conueniens, statim vnum tantum caput habentem dicere, ne videretur sibi contrarius, vt igitur secundum propositã materiam septem capitum loqueretur; Inquit & vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem: Et quia nisi tã

tum vnum caput bestię amputari poterat, ppea nihil aliud dixisse vr, nisi vidi caput eius, quasi occisū in mortē: Vnde paria esse iudico dicere, qđ D. Ioan. viderit caput bestię occisum in mortem, ipsam bestiam, quasi occisam in mortem, vel vnum de capitibus eius, quasi occisum in mortem; Neque obstare videntur illa verba quis similis bestiæ, aut quis poterit pugnare cum ea; quæ prima facie Antichristum pugnam commissurum cum aliquo, inferre videntur; propterquam videtur intelligendus in pugna cecidisse ab aliquo regno, etsi illud mox recuperaturus sit; Quia dato quod per hanc particulam quis similis bestię aut quis poterit pugnare cum ea, inferatur pugna & bellum, non tamen id bellum; quod solummodo armis inter populos & reges geri consueuit; neque bellum per quod amissura sit bestia regnum: Ostendo; cum enim Antichristus bellum cum sanctis facturus illos, victurus sit: vt hoc Apoc. 13. proptere a facturus sit bellum cum duobus testibus Dei; cum finierint testimonium eorum, & victurus sit illos, vt Apoca. xj. de hac pugna ergo gentes quæ dicturę sunt quis poterit pugnare cum bestia, loqui intelligendę sunt: de pugna principaliter signorum, deinde armorum; Alias enim si bellum inter testes Dei, & Antichristum in potestate signorum faciendum non esset; qua ratione post plagam mortis curatā, post restitutum caput Antichristo, dicturę essent gentes: Quis poterit pugnare cum Bestia; nisi prius Antichristus venturus esset cum multis ad bellum, & in omnibus, in omni genere potestatis & virtutis superaturus aduersantes ei; Quomodo nulla subsistente causa, nulla probatione facta per bestiam, cum potentibus in virtute signorum, hæc verba quis poterit pugnare cum bestia gentes dicere possent: Oportet igitur bestiam dicere pugnaturā cum testibus Dei in potestate signorum, cum propter tale signum, de quo loquimur admiraturæ sint gentes & dicturæ: Quis similis bestiæ, aut quis poterit pugnare cum Bestia, & sic confiteri pugnam in virtute signorū, inter testes Dei, & Antichristum

stùm præcessisse. Si enim post signum amputationis capitis Antichristi, post plagam capitis sanatam, dicturæ sunt gentes: quis poterit pugnare cum Bestia, sequitur vtique, quod alius signis pugnare cum Beista debeat; quamuis hoc signo bestiæ superandus sit; quamuis similis in potestate signorũ bestiæ futurus non sit: Nam si testes Dei facturi sunt multa signa in terra, vt in fide seruentur fideles, & Antichristus ecòntrà multa signa facturus est; vt perdat eos; Videtur ergo dicendum bellum futurum in potestate faciendi signa, inter bestiam & testes Dei, non aliter; Nunquid pugnaturi sunt cum Antichristo testes Dei gladio, nequaquã; quià non saluat dominus in hasta, neque in gladio, vt supra vidimus; Nunquid per interpretationem scripturarum, nõ sum hoc negaturus, verumtamen cum ipsi testes Dei dicãtur Apoca. xj. facturi signa; & exempla magis moueant quam verba; Iudico potius pugnaturos inter se exemplis, factis, & signis, quàm verbis. Alias enim cum testes Dei, multa signa facturi sint; vt d. cap. Apoca. xj. & ignis egressurus de ore eorum, deuoraturus sit inimicos ipsorũ, vt d. cap. xj. & ipsi ab Antichristo, vincendi, & occidendi sint, quomodo Antichristus qui occisurus est illos, si cum illis signis certaturus non esset, victurus esset eos; & occisurus: quomodo per Antichristum illudi possent gẽtes, nisi testes Dei vincerentur, & occiderentur; nisi signis vinceret illos: Videtur igitur æquum fateri futuram inter eos pugnam per virtutem signorum; propter vrgentia illa verba; Et bestia quæ ascendit de Abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos; Et propter verba capituli nostri, ibi; Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos: nam si tantum factura esset bestia bellum cum testibus Dei vt occidat eos, non addidisset. D. Ioannes, & vincet illos; sed ideo igitur dixit; vincet eos, quia in potestate signorum inter ipsos pugnandum est: non autem quia ab ipso seducendi sint; Si D. Ioannes Apoca. 14. & 15. Vi-

ctores bestiæ, sustinentes martyria eius, vocat; Quomodo igitur sanctos Dei, ab Antichristo occidendos; D. Ioannes a bestia vincendos dixit; Propter hoc igitur fundamentũ, quod testes Dei in potentia signorum vincendi sint, dicendum videtur; quia alio modo superandi non sunt; Pro testimonio enim Christi tormenta a bestia infligenda sustinere debent, propterque Bestiam victuri, dicendi sunt.

Si verò interpretaremur hæc verba quis similis bestiæ, aut quis poterit pugnare cum ea: quod absolutè sint posita; nulla habita ratione, siue consideratione, quod alij pugnauerint cum bestia, eo tempore quo plaga mortis eius curabitur; sed quod solum a gentibus ad demonstrandam potentiam bestiæ prolata fuerint: tametsi cum nullo pugnasset, non absurda interpretatio videretur; imo magis amica literæ videbitur. Tamen nunquam per hanc particulam, quod bestia regnum perditum, recuperauerit probandum est; quoniam hæc verba à gentibus ad honorẽ bestiæ, proferenda sunt, qui in opprobrium retorquendus nõ est; Honor enim iste quo bestia a gentibus decoratur, quod ei similis futurus non sit; bestiæ si amitteret regnum non cõueniret: quoniam maior est qui vincit, eo qui vincitur; Etsi enim per recuperationem bestia maior effecta, videretur; tamẽ cum pugnauerit cum eo qui resistit ei, semelq; vicit eam; similis illi effecta dicenda est; quia iam illa in pari potestate cum bestia pugnauit, quia etsi bestia per recuperationem victoriam contra victum retulerit, ille victus similiter bestiam semel deuicit, quapropter inter ipsos contẽdentes: similitudo locum haberet.

Vnde hęc verba quis similis bestiæ cum sequentibus; Nõ possent verificari ĩ bestia, propter victum ab ea, qui potest similis ei nuncupari, vel saltem potuit: non videntur igitur verba cap. nostri, de quibus agimus, sic accipienda, quod Antichristus cadere debeat de vno regno, quod inde recuperaturus sit; sed alio modo quod in cõgressu cum testibus

Dei amputationem capitis subiturus, a plaga eius sanādus; illos victurus sit: & quod propterea dicturæ sint gentes, Quis similis bestiæ, aut quis poterit pugnare cum ea: quia cum tempore amputationis capitis futurum sit, quod iam bestia multa deuicerit regna, cum dicatur tunc habens capita septem, vt ex textu liquet, & testes Dei signis, victura sit, vtique rectè in oculis gentium inferendum videbitur, hoc modo quis similis bestiæ, aut quis poterit pugnare cū ea; propter iam partam victoriam a bestia contra multas gentes, & testes Dei; Vel sic verba cap. nostri intelligenda videntur, quod propter illud signum bestię crediturę sint gentes quod ei similis in virtute signorum, & potestate armorum futurus non sit: sed præcedēs intellectus magis placet: Sed ita Domini lectores intelligendus est Antichristus victurus testes Dei in signis, scilicet in falsis signis, sicut in amputatione capitis tenendum est: Huius enim aduentus secundum Pauli sententiam, ad Thessalon. Episto. 2. cap. 2. secundum operationem satanæ futurus est; in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductioue iniquitatis; Quapropter omnia opera Antichristi falsa, cum, os, facies, potestasq; draconis futurus sit, necessarium est dicere; Quia draco mendax est. Sed quomodo ascendere stare & cadere Bestia debeat, ex sigillorū solutionibus patebit.

Sed videamus quid per libri traditionem, sigillorūq; solutionem inferatur, vt breuibus me expediam, Per hanc libri traditionem, sigillorumq; solutionem traditam Agno diuinarum scripturarum declarationem traditam Christo, earumq; docendi intelligentiam, in ipsum translatam potestatem existimaui.

Per traditionem libri signati sigillis septem, sigillorūq; solutionem, declarationem diuinarum scripturarum traditam Christo, dixi: istum intellectum non reprobaui, cursim non præterij, neque sine distinctione prætermisi, sim-

plicitec enim intelligendo: prout verba iacent; gloria digna meritis passionis Christi; non tribueretur: quæ inquam benedictio, gloria, sapientia, fortitudo, & Diuinitas Christo tradita esset: si solummodo interpretatione diuinarum scripturarum dignus factus fuisset; Honor enim iste virtuti diuinitati, gloriæ, sapientiæ; fortitudiniq;, quibus dignus factus est;; non responderet; Nisi sic diceremus quod tradita declaratione, potestas etiam exequendi dictam declarationem concessa, videatur. Quia cui consequens & necessarium antecedens ad illud expediendum permittitur: execquutio enim implementumq; Diuinarum scripturarum, nisi in potestate Dei; sicut & quælibet simplex bona, & perfecta interpretatio, fieri non potest; Quinimo omnis declaratio scripturarum nisi impleatur. vix cognitionem perfectam recipere, posse videtur; Nam scripturæ de primo Christi aduentu loquentes, per eum, In ipsius met persona adimpletæ sunt; propter quod dico solutum esse primum sigillum; reliquæ verò quæ in consumatione sæculi adimplendæ sunt, per eum similiter adimpleri, & clarificari debent; Diuersimodè tamen quoniam quæ in fine temporum clarificandæ sunt, in gloriam ipsius, in Antichristi verò opprobrium sempiternum notæ fient: & hoc modo intelligendo per declarationem diuinarum scripturarũ, Virtutem, Diuinitatem, Sapientiam, Fortitudinem, gloriam, & benedictionem Christo traditã interpretor. Quoniam diuinarum scripturarum implementum, nisi, in virtute diuinitatis, in thesauris scientiæ, & sapientię, & fortitudinis Dei, vt supra dixi, exequutionem & declarationem recipere, potest; sed aduertat humanissimus lector, me per librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem non intelligere implementum scripturarum datum Christo; sed per solutionem sigillorum; quoniam ab ista omnium visionum prophetarum declaratio cũ implemento, processit, procedit, ac procedere debet; Et consequen-

quenter per ſigillorum ſolutionem, ſiue ſignaculorum, omnem Spiritus ſancti virtutem, vna cum poteſtate clauium, & ſpiritu Domini, aperiendiq; ſcripturas à Chriſto traditam expónam: Sed etiam per libri traditionem, ſeptemq; ſigillorum ſolutionem, Dei iudicium, Chriſto traditum, quod ei dandum prædixit David pſal. 71. Ezech. cap. 21. Iſa. 42. Dan. cap. 3. omnemq; poteſtatem, in cęlo, & in terra, ligandi & ſoluendi; claudendi cęlos, cui voluerit, aperiendiq; exiſtimo; Et per librum ſcriptum intus & foris, omnem Dei ſcientiam accepiſſe. Diuinitatem quę eſt vbique tota, dicendus eſt:

Interroganti quare flebat D. Ioannes, cum non inueniretur qui eſſet dignus aperire neque reſpicere librum; hoc modo reſponderem; quia ſi dignus aperire libri inuentus non fuiſſet, tota humana generatio periſſet; Aditus enim vitæ præcluſus fuiſſet; Si enim apertus fuit liber quia per Agnum redempti ſumus; Sequitur quod antea retinerentur peccata, propterq; mors; per redemptionem enim neceſſaria antecedens mors infertur; Conſequenter per librum vitæ traditum Agno, Diuinitatem eidem, quia ex ipſa procedit omnis vita, datam interpretabor; Nam ſi libri eum qui non fuerit ſcriptus in libro vitæ, condemnabunt, vt Apoc. 20. ibi, Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu Throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum, & qui non inuentus eſt in libro vitę ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis; ſi ipſe Deus iudicaturus eſt viuos, & mortuos, & reuelaturus in die iudicij conſilia cordium; ergo per libros, Diuinitas intelligenda eſt; Deus pater & ſpiritus ſanctus, alias quomodo & qualiter, & a quibus qui iudicandi ſunt, condemnarentur: Si libri condemnabunt, & ſic Deus, & Spiritus ſanctus eos quos Chriſtus qui liber vitæ eſt, non ſaluabit, vt Apoca. 3. & 13. per librum ſignatum ſigillis

septem traditum Agno, vt aperiretur, omnem vitæ potestatem, hominumq; salutem in Christum translatam inter pretor,& consequenter eidem traditam Diuinitatem,cum ex illa procedat omnis vita, iudicabo; subsequẽter si Deus liber,dicitur, qui signatus supradictus est,vtique signũ est; & Christus eius signum;& hoc loco D. Ioannis per signũ cum verba in nobiliori potentioriq; significatu sint intelligenda; Christus intelligendus videtur; Sed quod per signum istud, interpretãdus sit Christus supra manifestè apparebit.

Vidimus quid per librum, sigillorumq; solutionem inferendum sit: sed propius ad primũ sigilli solutionem accedendo; Ante omnia dico tunc aperiri cępisse, apertumq; fuisse primum sigillum, cum Dominus Iesus in Iudea se Christum eum de quo locuti sunt prophetæ, testatus fuit; Secundo primum sigillum per signa ipsius solutum assero. Tertiò per passionẽ,quia omnes prophetiæ de primo Christi aduentu loquentes adimpletæ sunt. Quartò cum gentes per prædicationem Euangelii ad fidem Domini Iesu conuerti,ceperunt. Quintò per vastationem Iudeę & Hierusalem,quæ etiam nunc in eius solitudine vastationeque parseuerat; Sextò primum sigillum, solutum dicitur,quia Dominus Iesus rex iustitiæ, non autem sicut vnus ex regibus huius sæculi,cognitus est; Septimò Dominus Iesus per martyria millium sanctorum suorum, clarificatus est.

Redeo ad primam partẽ, solutionis primi sigilli; In qua dixi, tunc cepisse solui,solutumq; fuisse primum sigillum; cum Dominus Iesus primus se Christum,dixit; Sed quia dicet aliquis qua prophetia hoc probas; Propterea vt huic propositioni satisfaciam tale fundamentum, siue Argumentum facio.

Mittendus a Domino,de quo loquitus est Iacob, Propheta de quo loquutus est Moyses; Christus nasciturus de domo Dauid, de quo loquti sunt Dauid, & prophetæ,

a prophetis iustus, vocatus fuit. Sed ille prædictus fuit iustus, qui primus se iustum in Syon dixisset, Dominus noster Iesus primus dixit se iustum, Christum, & missum a Deo, eum de quo loquti sunt prophetæ; Ergo ipse est iustus, Christus, propheta, de quo loquutus est Moyses, mittendusq; a domino, de quo loquitur Iacob.

Breuius arguo sic, Christus Dei iustus à prophetis, vocatur; sed ille futurus iustus erat, qui primus in Iudea se iustum asseruisset, Dominus noster Iesus primusq in Iudea dixit se iustum, ergo ipse Iustus & Christus est.

Sed sequendo formam primi argumenti, Maioré probo ex cap. Hierem. 33. cuius verba refero, Ecce dies venient dicit Dominus; Et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel, & ad domum Iuda; In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra, in diebus illis saluabitur Iuda; & Hierusalem habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster: ex quo textu habemus, quod iustus est verbũ, quod locutus est Dominus, ad domum Iuda, & ad domum Israel; Verbum autem quod locutus est Dominus ad domum Iuda est ille mittendus, de quo loqutus est Iacob, ad domum Iuda; Et verbum quod loqutus est ad domum Israel, Propheta de quo loqutus Moyses est; quia de illo; In exitu Israel de Aegypto Dominus loqutus est; vt Deuter. cap. 18. Aggæi cap. 2. ibi; Verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Aegypti, & Spiritus meus erit in medio vestrũ; nolite timere, quia hæc dicit dominus exercituum, adhuc vnum modicum est, & ego commouebo, cęlum & terram, & mare & aridam & veniet desideratus cunctis gentibus; Et quod Christus sit verbum de quo locutus est Dominus ad domum Israel, & ad domum Iuda in numeris authoritatibus prophetarum patet, & quod descẽdere de domo Dauid, deberet; Hierem. d. cap. 33. Dauid

psal. 88. Isa. cap. xj. Mich. 5. Ezech. 34. idem Hierem. ca. 23. ostendunt.

Cum hoc textu, Idem Hierem. d. cap. 23. ferè per eadem verba concordat; ecce dies venient dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum; & regnabit rex & sapiens erit; & faciet iudicium & iustitiam in terra, in diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum Dñs iustus nr. Concordat et Zacha. cap. 9. ibi, Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem, quia ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator; facit etiam Isaiæ text. cap. 9. ibi Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius Deus fortis, pater futuri seculi, Princeps pacis; Multiplicabitur eius Imperium, & pacis non erit finis super solium David, & super regnum eius; vt confirmet illud in iudicio, & in iustitia amodo & vsque in sempiternum; Zelus Domini exercituum faciet hoc; Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel; Conuenit & Isaiæ, textus cap. 45. & 53. Rorate celi desuper inquit Isa. d. c. 45. & nubes pluant iustum aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul; Ego Dominus creaui eum, ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam, Eandem sententiam David psalm. 44. firmat, infiniti propemodum sunt textus, quibus Christus iustus, vocatur, quibus quod vocandus iustus esset, dignoscitur, quos euitandæ prolixitatis gratia, cum notissimum hoc sit non refero.

Minorem probo per textum Isaiæ cap. 41. ibi, Propè facite iudicium vestrum dicit Dominus, Afferte si quid habetis dixit rex Israel, Accedant & nuntient nobis quæcunque ventura sunt, Priora quæ fuerunt nunciate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis, Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos, Bene quoque aut

malè

malè si potestis facite, tandem ne singula verba Isaie, referam. Ait Isaias, Quis annunciauit ab exordio,& a principio vt dicamus iustus es, Non est neque annuncians neque prædicens sermones vestros, Primus ad Sion dicet ecce adsum; Et Hierusalem euangelistam dabo; concordantes textus adducam, in conclusione subsequenti.

Conclusio Argumenti passim ex euangelio probatur, constat enim prius Dominum Iesum se Christum, filium Dei, signum saluatorem, filium hominis, Deum, Dominũ, verbum Dei, Regem Iudeorum, Principium, prophetam de quo locutus est Moyses, Iustum; Et se missum a Domino dixisse, alijsque nominibus conuenientibus soli Christo; seipsum nuncupasse: Et dato quod in specie se iustum non asseruisset, sufficit tamen quod per æquipollens hoc testatus fuerit, Nam cum multis nominibus a prophetis vocatus fuisset, Dicens se eum de quo prophetæ locuti sunt, & de quo locutus est Moyses, omnia nomina etiam Iusti complexus est. Et tunc se Iustum dixisse profiteor, cum hęc vel similia verba prenũtiauit; Quis ex vobis arguet me de peccato, si veritatem dico vobis, quare nõ creditis mihi: Nam si veritatem se dixit,& sine peccato, cum veritas sit, & sine peccato vtique iustus est; Sed & se Iustum, & prophetam dixisse tunc eum considero, cum hæc verba quæ capit. 10. D. Matth. habentur, protulit: Qui vos recipit me recipit,& qui me recipit, recipit eum qui me misit; qui recipit prophetam in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet; qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet; Sed etiam sufficere videtur, quod dixerit se missum a Domino, vel se venisse in nomine Domini; Quoniam illa Isaie verba, ecce adsum, nihil aliud inferre videntur, nisi ego veni, ego missus sum; ego ille qui venire debebat; qui mittendus erat; Vocatus enim fuerat a populo Israel Christus, vt Deuteron. 18. desideratusq; vt Isa. 53. ibi, Desiderauimus eum despectum,& Agee cap. 2. ibi, Et veniet desi-

deratus cunctis gentibus; si ergo Iustus prior dicere debebat se adesse populo Israel; ergo venisse in nomine Domini, se missum à Domino dicturus erat: sicut se missum a Domino, & se venisse in nomine Domini frequenter in Euangelijs, legimus.

Et quod Dominus Iesus primus, se eum qui venire debebat dixerit; Apoca. capitulo 1. 2. & vltimo legitur, vbi Dominus Iesus se eum qui primus venire debebat; primũ, & vltimum, docet; per hęc verba, Ego sum primus, & nouissimus, quibus verbis alium Christum expectandũ: non esse ostendit. Si Christus prædictus fuit vir, vt Hiere. 33. Dauid Psal. 79. ibi, Fiat manus tua super virum dexteræ tuę, & Zacha. 6. ibi, Ecce vir oriens nomen eius, & vir nouissimus vt Isa. 53. ibi; Desiderauimus eum despectum, & nouissimũ virorum, & illud dicitur nouum & nouissimum, quod inauditum, & nunquam visum fuit, cui nunquam aliud simile euenit, neque contingere debet; cum prior se eum de quo locuti sunt Moyses, & prophetæ dixerit, vt D. Ioannis cap. 5. Et sic primus dixerit se primum, & nouissimum, ergo ipse Iustus, & Christus, primus, & nouissimus. Et consequenter a Iudeis alius non est expectandus; qui ex hoc tantum pro Christo dignosci debuit; cum prior se Christum, dixit, æquipollentibusq; nominibus se vocauit: Christum etiam virum noui Hiere. cap. 31. ibi, Quia creauit Dominus nouum super terram fœmina circondabit virum; apellauit, Vt cognosceremus quod qui prior dixisset se filium hominis, & Christum; is vere credendus esset: Quem ideo Dominus virum nouum dixit, vt eum Deum crederemus; quia cum non esset futurus homo sicut cæteri homines, ergo Deus futurus erat; Deus, & homo; Dixit virum nouum, id est, Deũ, quia ante Deum non est alius, neque post eum alius dãdus est: per virum igitur nouum sempiternum Deum Christũ appellari video, simili verborum formula Dominus Deus Isa. cap. 44. & 47. vsus est; ibi, Ego sum primus, & nouissi-

mus

mus vt doceret nos, cum Christus futurus esset primus, & nouissimus quód ipse, & Christus vnum essent: Appellauit Dominus Christum virum nouum, Id est primogenitum, nouum, id est, solum virum. Quod autem Dominus Iesus in Euangelio se virum nouum testatus fuerit, id ex eo probari videtur. Nam si calix cui benedixit nouum testamentum suum asseruit, & calix noui testamenti est, vtique ipse nouus testator est, & consequenter primus, & nouissimus qui mittendus a Domino prædictus fuit.

Et quia Christus primus, & nouissimus, & vir nouus dictus est propterea hoc esse nomẽ eius nouum de quo Apocal. cap. 2. & 3. legitur; reputo, quod seruantibus verbum patientię eius, & vincentibus satanam se docturum promisit. Verba cap. 3. sunt hæc, Qui vicerit faciam illum colũnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius; & scribam super eum; Nomen Dei mei, & nomen Ciuitatis Dei mei, nouue Hierusalem; quæ descendit de cœlo a Deo meo, & nomen meum nouum: verba autẽ cap. 2. Hæc sunt; Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomẽ nouum scriptũ; quod nemo scit nisi qui accipit; Nunquid dicemus quod vincentibus satanam a Domino Iesu nomen a multis cognitum promissum fuerit? Nunquid nomẽ eius quod est supra omne nomen. An vero potestas faciendi signa promissa videbitur. Hanc enim quod nemo scire possit, nisi qui eam a Domino ac accipit, nisi qui signa facit; videtur. Nunquid forte interpretationem sermonum pollicitus fuisse videbitur; Pro responsione cõsidero quod si Dominus Iesus per hæc verba nomen a multis acceptum, iam cognitum, pollicitus fuisset nomen nouum promisisse non diceretur; Nam illud est nouum quod inauditum, & incognitum vsq; dum nunciatum fuit, extitit; Cum enim dicat Dominus, quod nemo scit, nomen scriptum, pollicitus videtur; quod antea incognitum fuit; quasi rem nouam a sensu humano non-

dum perceptam, ab hominibus non intellectam.

Neque potestatem faciendi signa, quia illa potestas omni credenti promissa fuit; tũ quia per talem virtutem rem non nouam iudicio meo promisisset; cum multi in potestate eius, in ecclesia signa facerent, & prior ipse fecisset, & postea multi fecerint; sed inter cæteras scripturarum interpretationes eum potius nomen suum nouum scriptũ a prophetis, se primum, & nouissimum, virum nouum de quo locuti sunt prophetæ, promisisse dicendum videtur. Cum enim Christus vir nouus, & nouissimus sit, aliud nomen nouum, dari non potest, nisi nominis eius noui scientia; cognitionem ergo nominis noui vincentibus satanam quasi rei nouæ incognitæ, misterij absconditi scientiam, nomen qđ non cognouerunt Iudei, quod si cognouissent credidissent ei; nomen quod nemo sciebat nisi qui accipiebat Ioannes Dominum Iesum pollicitum existimo: sic enim particulam hanc quòd nemo scit nisi qui accipit intelligendam arbitror: Expono & declaro iterum; Quod nemo scit, scilicet hãctenus, promisisse inquam videtur per hoc nomen nouum scriptum nomen quod nemo cognouerat vsque tunc, nomen quod alios non edocuit nisi Diuum Ioannem, si enim nomen a multis cognitum, reuelandum per eum dixisset Dominus per hæc verba nisi qui accipit, quorsum dixisset quod nemo scit; exceptio enim vt cõgrua sit de aliqua persona, non de pluribus fieri debet. Quomodo enim aliquid neminem scire, dicere possumus, quod multi frequenter accipiunt: vnde si hæc verba D. Ioan. de pluribus intelligenda essent, Dominus Iesus, quod nemo scit nisi qui accipiunt dixisset: sed quem sensum ex tali verborum interpretatione colligeremus, si pluribus hoc nomen donaturus fuisset. Si ita hæc verba nisi qui accipit, id est, nisi qui scit; vel nisi cui datur scire interpretaremur, cum indubitatum sit nos omnia accipere. Quid est quod nõ accepistis inquit Apostolus: Nemo enim aliquid scire potest, nisi quando il-

lud

lud accipit;quia omne donum perfectum desursum est,descendens a patre luminum; Ipse est qui dat vitam omnibus inspirationem,& omnia,& ipse est qui docet hominē sciētiam; nonne quod vnus scit plerunque multi sciunt; quia sicut quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt,ita nostrum scire,non est scire, nisi hoc nostrum scire sciat alter;omnis enim bona interpretatio ad edificationē facienda est;alioquin esset tenere thesaurum absconditum in agro,& de talēto nobis tradito nihil superlucrari; Quid igitur dicemus, nisi nomen, a multis ignorandum, paucis reuelandum; tantum a vincentibus satanam cognoscendū promissum fuisse, Quod enim cognoscendum solum,à vincente satanā dictum est , a multis ignorandū fore probari videtur;Sed adhuc hāc interpretationē hoc nomē nouum, recipere videbitur:promissam scilicet fuisse a domino, dei, & eiusdemmet Christi perfectam cognitionem; Præterea cum per signa clarificatus fuerit Christus; quod sit vir nouus,similiter dicendum videtur,quod per hoc nomen nouū virtus, & potestas agendorum signorum promissa fuerit, Cum igitur dixerit Dominus Iesus se primum & nouum, prior dixerit se iustum,& per signa vir nouus cognitus fuerit,ex his solutio primi sigilli,solutum fuisse primum sigillum sequitur:successiuè patet quid inferendum sit per verba Domini Iesu respondentis discipulis D. Ioannis Baptistæ, Surdi audiunt leprosi mundantur ceci vident,paterinquam per hæc verba se virum nouum dixisse,& consequenter Christum ; cum enim hæc fieri non possent ab homine & tamen ab eo fierent; quæ ab alio facta non erant, quid igitur per talia verba nisi quod Christus esset, ille vir nouus promissus a prophetis,qui omnia noua facturus erat significauit. Et quod alius Christus expectandus non esset, igitur Christus vir nouus non tantum hac ratione, quia ipse prior se Christum dixerit, sed etiā propter signa noua quæ ab eo prodierunt, quæ nemo alius fecit dicēdus est.

Per hoc nomen nouum confiderabam, quomodo intelligendum fit illud nomen fcriptum quod nemo fcit nifi ipfe de quo habetur Apoca. 19. Putaui nomen aliquod effe per quod multum in die iudicij Chriftus clarificandus fit, fed verius ita intelligenda effe hæc verba putaui, quod nemo nouit nifi ipfe, id eft, nifi ego, vfus eft etiam Apoftolus hac dictione ipfe in ipfius perfona loquens, inquit ille Caftigo corpus meum, & in feruitutem redigo, ne dum alijs prædico ipfe reprobus efficiar?

Dictus eft Chriftus primus & nouiffimus, qui prior in Iudea fe Chriftum prænuntiaffet, propter beftiam quæ ventura eft in nomine Chrifti, ne homines in agnitione perfonæ errent ne à Beftia feducantur. Ipfe enim nouale eft quod innouandum Iudeis nuntiauit Ofea cap. 10. & Hiere. cap. 4. Quod autem per nouale intelligi debeat Chriftus, colligo ex eiufdē Ofee cap. ibi, Tēpus requirēdi Dominū cum venerit qui docebit vos iuftitiam; quia doctor iuftitiæ Chriftus vt Ioelis 2. legimus. Sed quia Chriftum Iuftum vocari a prophetis dixi, Videamus an hæc interpretatio recepta fit apud fanctos ecclefiæ; Primo hanc S. Stephanus in actis Apofto. cap. 7. firmare videtur, ibi, Quem prophetarum non funt perfecuti patres veftri, & occiderunt eos qui pronunciabant de aduentu Iufti, cuius vos nunc proditores, & homicide fuiftis. Hanc etiam in actis Apofto. cap. 3. & 5. caput Ecclefiæ Petrus probabit. Idem S. Iacobus Epiftola 5. teftatus eft, hanc receptiffimam fententiā apud Doctores S. Ecclefię credo. cuius correctioni me fubmito.

Tertio folutum primum figillum fuit, quia in Domino Iefu fcripturæ de Chrifti paffione loquentes declaratæ; & impletæ funt: quas ne fim prolixior non refero; Inter cæteras tamen hanc recenfebo, Chriftum crucifigendum, per Ifaiam cap. 25. nuntiatū fuiffe: verba Ifa. funt hęc, Et extendet manus fuas, fub eo, ficut extendit natans ad natandū, & humiliabit gloriā eius, cū allifione manuum eius.

Quarto

Quarto solutum primum sigillum extitit quando gentes post mortem Domini Iesu, adorare Deum, & ipsum Dominum Iesum cœperunt; à quibus gentibus adoratus non esset si verus Christus non fuisset; quoniam gentes in hæreditatem Christo: vt Psal. 2. & passim habemus in prophetis promisse fuerunt, tum fuit solutum primum sigillũ, quia sicut gentes Christum cognouerunt, econtra Iudei nõ cognouerunt eum, sicut non cognoscendum Isa. 53. dixit.

Quinto etiã per vastationem Hierusalem solutum primum sigillum dicitur; quia post eam multum Dominus Iesus quod esset Christus clarificatus fuit, Hanc Iudeorum regionem post aduentum Christi vastandam fuisse multi, pphetæ nũtiauerũt; inter quos Is. c. 1. & 8. Mich. 5. Dan. 9. Amos 2. Osea 3. Dauid Psal. 68. Gene. cap. pen. Iacob. ibi, Non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de femore do nec veniat qui mittendus est; & quamuis prima facie non sint tam aperta verba Iacob; vt probare videantur intentionem nostram; tamen in effectu nihil aliud præseferunt; Sed vt duram ceruicem Iudeorum expugnemus de hac Iacob prophetia videamus.

Sciendum est ergo Hieremiam prophetam tempore, quo in atrio carceris per Sedechiã regẽ Iuda, clausus erat; destructionẽ & incendium Hierusalem; Iudeorũ captiuitatem; transmigrationem in Babilonem; redditum a Babylone in Iudeam reedificationemq; Iudaicę regionis, sicut in principio: vt legimus Hiere. cap. 33. prædixisse; ibi, Quia hæc dicit Dominus Deus Israel, ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quæ destructæ sunt; vt dimicent cum Caldeis, & impleant eas cadaueribus hominum quos percussi in furore meo, & in indignatione mea abscõdens faciem meam a ciuitate hac, propter omnem malitiã eorum; ecce ego obducam eis cicatricem & sanitatem, & curabo eos, & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis, & conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem

Israel,

Israel, & ædificabo eos sicut a principio, Nota domine lectorq̃ a transmigratione Babylonis Iudeos, sicut in principio restituendos fuisse ; Idem eodem cap. Hiere. habetur, ibi ; Adhuc audietur vox gaudij, vox letitiæ, vox sponsi, vox sponsæ, vox dicentium confitemini Domino exercituum, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, & portantium vota in domo Domini ; Reducã enim conuersionem terræ, sicut a principio, & cætus eius coram me permanebit : Nota similiter benignissime lector, verba hæc, Reducam enim conuersionem terræ, sicut a principio, cætus eius coram me permanebit, cum subsequentibus, & erit Dux eius ex eo, & princeps de medio eorum producetur; Et quod post transmigrationem Babylonis populus Israel, sicut antiquitus, sicut in principio, restitui deberet, docet Ezech. *36.* cap. ibi ; Quia ecce ego ad vos & conuertar ad vos, Et arabimini & accipieris sementem, & multiplicabo in vobis homines, omnemq; domũ Israel, & habitabuntur ciuitates & Ruinosa instaurabuntur, & replebo vos hominibus, & iumentis, & multicabuntur, & crescent, & habitare vos faciam sicut a principio ; *Idem te*status est Isaias cap. 1. ibi; Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stamnium tuum, & restituam iudices tuos & consiliarios tuos sicut antiquitus. In eandem quoque sentẽtiam Mich. cap. 4. transijit, inquit ille, Et tu turris gregis, nebulosa filia Syon vsque ad te veniet; & veniet potestas prima regnum filiæ Hierusalem: si regnum Hierusalem ad potestatem primam, rediturum erat, ergo sicut in principio, & antiquitus regendum, & ædificandum fuit; sicut quando antiquitus per Iudices, Principes, & Sacerdotes regebatur; Idem textus Mich. eod. cap. probare videtur, ibi; Nunc quare merore contraheris : Nunquid Rex non est tibi; aut cõsiliarius tuus perijt ; quia comprehendit te dolor, sicut parturientem; His verbis Mich. infertur, quod etsi rex a popu-

lo Israel, per transmigrationem in Babylonem, auferri deberet; quod tamen adhuc per consiliarios, Duces, & Principes, regendus erat; quo igitur tempore nisi post transmigrationem? Quod autem populus Israel post trãsmigrationem per Iudices regendus esset. Mich. cap. 5. his verbis ostendit; Nunc vastaberis filia latronis obsidionem posuerunt super nos; In virga percutient maxillã Iudicis Israel; Quoniam si maxillam sui iudicis, percutere debebant, sequitur quod Christus eo tempore quo Iudea per Iudices, regeretur, venire deberet; Istis sic præmissis cum sceptrum de Iuda per transmigrationem in Babylonem ablatum fuerit; Et cum a transmigratione Babylonis, Iudea vsque ad aduentum Domini Iesu sui Iudicis & dominatoris per Iudices, Duces, Principes & Sacerdotes, recta fuerit; Et consequenter ædificata restitutaq; sicut in principio, sicut antiquitus; Prophetiam Iacob, ita intelligendam constat; Populum Iudeum postquam regi, per reges desijsset, per Duces, Principes, Iudices, & Sacerdores, & Consiliarios, donec venisset Christus, semper seruandum fuisse; & post eius aduentum auferendum populum regionemq; Iudeorum, subuertendam; quoniam sublatis regibus & Ducibus quod amplius populus Iuda futurus non esset, sequitur; qa percussis pastoribus dispergunter oues; Nam populus sine Duce esse non potest, quia sine eo omnia corruerent; Et quod populus Iuda post aduentum Christi deficere deberet clarè Dan. cap. 9. ostendit, ibi: Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non ei populus qui eum negaturus est; Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus, cum Duce venturo; & finis eius vastitas.

Si populus Iuda a transmigratione Babylonis, per Duces, Principes, & Sacerdotes, regendus erat; vt propheta-uerunt Hiere. Ezech. Mich. & Isaias, donec veniret Christus; quia post eius aduentum vastanda erat Hierusalẽ; vt Iacob, & Micheas inferunt, huiusq; mentis Isajas, Ezech,

& Hieremias sunt, cum per tot tempora sublatus sit Princeps, Dux, Consiliarius, & Sacerdos de populo Iuda; Et profugus sit populus: ante vastationem præsentẽ, Christũ aduenisse sequitur: Quod autem post transmigrationem Babylonis Iudei, per Duces, Sacerdotes, & Principes, seipsos regendos, donec veniret Christus, existimauerint; Machabe. lib. 1. cap. 14. legitur, ibi, Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium, secundum hæc fecit amicũ suũ, & glorificauit eum gloria magna; Audiuit enim quod appellati sunt Iudei a Romanis amici, & socij, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis gloriose, & quia Iudei, & Sacerdotes eorum consenserunt eum esse Ducem suum, & summum sacerdotem, donec surgat propheta fidelis; Quapropter si regendi erant Iudei per Duces & Sacerdotes a transmigratione Babylonis donec veniret Christus, qui propheta vocatus est, vt Deuter. 18. & tunc auferendus erat Dux de femore cũ venisset Christus, vt ex Iacob prophetia perspicimus; sequitur præsentem vastitatem regionis Iudeorum, Christi aduentum prædecessisse: Quia alias Iudea adhuc per Duces, Sacerdotes, Iudices, & Principes regeretur; habitareturq; sicut regendã per Duces, Consiliarios, a transmigratione Babylonis, præallegatis locis Hierem. & Mich. scripserunt; Ex his copulam illam, & quę in Iacob prophetia legitur, eodem tempore hęc duo requisita sceptrum, & Ducem copulare non debere infertur: sed alterum tantum requirere, scilicet quod populus in aduentu Christi per Duces & Sacerdotes, non autem per reges regeretur; & quod vsque tunc post cessationem regum rectus fuisset per Duces, & Sacerdotes; Nam si diceremus prophetiam Iacob ita intelligendam, quod hæc duo, requisita in aduentu mittendi concurrere deberent, scilicet, quod populus per reges, & duces, regeretur; Sequeretur populum Iudeum, ex quo seruari per reges cepisset, semper sub regia administratione seruire, debuisse; Cuius contrarium

trarium cum notissimum sit, cum multis temporibus post regiam potestatem a transmigratione Babylonis Iudea, per Duces, Principes & Sacerdotes, recta fuerit; illa interpretatio facienda est; vt secundum tantum requisitũ prophetiæ Iacob, in aduentu mittendi, interuenire debeat: vt tãtum per Duces, & Sacerdotes populus regeretur: Hęc eò dicta sunt vt audacia Iudeorum reprimatur, crassaque eorum ignorantia in scientiam vertatur; vt ante oculos eorum fiat lux notusq; Dominus eorum, Saluator noster Iesus Christus: In cuius aduentu cum Iudea dominari a Romanis ceperit, vt D. Lucæ cap. 2. sublatum Ducem de femore Iudæ in temporalibus, fuisse sequitur; In spiritualibus autem cum Euangelium prædicari cepit; propter cuius prædicationem facta est vinea dilecto filio Dei; sicut prophetauit. 5. cap. Isaias; propterquam sacerdotium de domo Iuda auferendum erat; Sicut prophetauit Caiphas nesciens quid diceret, vt d. Ioann. cap. xj. ibi; Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollunt locum nostrum; & gentem, locum nostrum id est sacerdotiũ, quod hactenus Iudeorum est; Nam cum sacrificium post mortem Christi, vt Dan. 9. Oseæ 3. immo ipsum sacerdotiũ, sicut prædictis habetur locis, cessare deberet; etiam auferendum populum, transferendum sacerdotium in Ecclesiam Christi; Regnum Dei gentibus facientibus opera Iustitiæ; dandum fuisse propter Christum summum Dei sacerdotem in æternum, supra quẽ factus est principatus & Regnum populi Iudeorum, vt Isai. 9. manifestè sequitur.

Præterea talem recipere declarationem possent hæc verba Iacob; Non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: Idest non auferetur regale Sacerdotium; donec veniat, qui mittendus est. Nam si sacerdotium regale est; vt Diui Petri Epist. 1. cap. 2. vtique & sacerdotium sceptrum habere dicendum

est; quoniam sine sceptro Regia potestas dari non potest; Si sceptrum cum venisset Christus, auferri debebat. Si verba in potentiori significatu intelligenda sunt; auferendum fuisse sacerdotium, de domo Iuda, non autem regimen regum, neque tantum ducum Iudeorum temporalem potestatem, auferendam fuisse in aduentu mittendi iudicandum videtur.

Sextò solutum primum sigillum dicitur, quia manifeste constat; Quod Christus est rex iustitiæ, non autem pręsentis seculi, idest sicut vnus ex regibus huius sęculi, Cuius contrarium existimauere sicut & nunc arbitrantur Iudei, credentes quod Christus prędictus fuerit regnaturus super terram, super montem Syon, more regum huius sæculi; Sed lata via decipiuntur. Patet enim Christum nos in regnum suum per opera iustitiæ vocare; & illud in iustitia vt Isa.45.& 51. scribitur ædificare: sicut enim doctor iustitiæ Ioel, 2. & Oseæ 10. dictus est, pariter regnum suum in iustitia ædificantē censere debemus. Virga eius virga iustitiæ dicta est, qua dirigit mãsuetos in iudicium, & docet mites vias suas: Sedes tua Deus in sæculū sæculi virga directionis virga regni tui, Dilexisti iūstitiā & odisti iniquitatē, ꝓpea vnxit te Deus, Deus tuꝰ oleo lætitiæ præ consortibus tuis; Et quia via eius directa est, ita vt stulti non errent per eā; vt Isa. 35. Quoniam semita iusti Isa. 26. & 48. recta dicitur, Regnum eius futurum sanctorum suorum, non sicut vnius regis huius mundi, dicendū venit: Nonne satis hoc apertè omnia opera eius, factaq; sanctorum suorum declarāt; Cum igitur hæc in oculis Iudeorum occulta sint; quamuis hæc illis ab Isa.cap. 9. His verbis paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus, super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis Consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, Princeps pacis multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium Dauid, & super regnum eius vt confirmet

illud

illud in iudicio, & in iustitia amodo , & vsque in sempiternum, demonstrata sint, dicemus solutum esse primum sigillum: quoniam clare patet Christũ regem iustitiæ Dei scilicet, non autem iustitiæ, quæ ex hoc seculo est vocatũ fuisse: Regnum meum inquit dominus, non est de hoc mũdo; Similesq; se habere pedes Aurichalco Apoca. cap. 1. testatus est, quia aurum & Regnum hoc temporale cõtempsit. Qui enim pedibus aurum conculcare dicitur illud profecto despicere censendus est: Huius per contemptum regnum Dei acquirimus: In fideli summa iustitia surgit; tum cum Christus ipsa Dei iustitia dictus sit, vt Isa.cap.45, 46.& 51.legimus, ibi Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur, Dabo in Sion salutẽ, & in Israel gloriam meam; & Isa.cap.42. ibi, Ego Dominus vocaui te in iustitia apprehendi manum tuam, & seruaui te, & dedi te in fedus populi in lucem gentium vt aperires oculos cęcorum, & Dauid Psal. 71. ibi Deus iudiciũ tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, & Psal. 97. ibi, Notum fecit Dominus salutare suum in conspectu gentiũ reuelauit iustitiam suam, ergo non Rex iustitiæ huius mũdi, sed iustitiæ quæ ex Deo est, reputandus venit; Quomodo enim, & quo textu Iudei prophetarum, inquient Christum a primo eius aduentu Regem super eos, more regum huius seculi, futurum fuisse: si reprobandus ab eis legitur; si contemnendus quamuis desideratus, vt Isa. 1. 53. & 57. si vendendus vt Amos, 2. Surdi audite ait Dominus Isa. 43. & ceci intuemini ad videndũ, Quis cęcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nuntios meos misi; Quis cæcus nisi qui venundatus est; Quis cæcus nisi seruus Domini, Qui vides multa nonne custodies, qui apertas habes aures nonne audies, Si pauper Christus prædictus fuit vt Zachar. 9. Quomodo ergo rex super Montem Sion, sicut consueuerant Reges de femore Dauid futurus erat, Si Iudei Christũ suum commutare debẽt vt Dauid Psal. 88. ibi, Memor esto

oppro-

opprobrij seruorum tuorum multarum gentium,quod exprobauerunt inimici tui Domine, quod exprobauerunt commutationem Christi tui, & alibi per eundem, dicitur constitues me in caput gentium,Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: filij alieni mentiti sunt mihi,filij alieni inueterati sunt,& claudicauerunt a semitis suis, Si fele, & aceto potandus a prophetis scriptus est, si persecutionem passurus cum ecclesia eius;vt Dauid Psal.68.& 88.ad finem; si occidendus vt Isa. 53. si vastitate desolanda post aduentum, & mortem eius a prophetis Hierusalem dicta fuit,eiusque vastitas duratura vsque ad consummationem seculi, vt Dan.9.cum insipientes ipsi prædicti fuerint vt Isa.1.& 6.Dauid Psalm.68.qua igitur ratione Christum futurũ regem,in primo eius aduẽtu super eos in monte Syon intelligere possunt: si cap. 3. Osea, per multos dies, Iudeam non cogniturum virum suum, scilicet Christum prophetauit;deberetq; sine Rege, sine Principe,sine Altari,sine sacrificio sedere, tandem in nouissimo dierum quæsituram Christum virum suum; sequitur quod cum aduenit in hunc mundum eum cognituri non essent: verba Osee sunt, hæc Dies multos expectabis me,nõ fornicaberis,& nõ eris viro;sed & ego expectabo te; qa dies multos sedebũt filij Israel,sine Rege,& sine Prĩcipe sine sacrificio, & sine Altari,& sine Ephod, & sine Theraphin,post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominũ Deum suum,& Dauid regem suum;& pauebunt ad Dominum,& ad Bonum eius in nouissimo dierum:si igitur Christus donec nouissimi dies appropinquent a filijs Israel, cognoscendus non est,qui Hiere. 23.& 33.& Ezech.cap.34. Dauid,dictus est; Ecce igitur in iustitia regnauit Rex, vt 32. inquit de eo Isa.& Principes in iudicio præerunt;Consequenter hæc pars solutionis primi sigilli est; quia Christus Rex iustitiæ, non autem sicut vnus ex Regibus huius seculi declaratur;quia solute, id est, manifestate scripturæ,

ræ, clarificateq; per eum sunt quæ de ipsius primo aduentu loquebantur.

Et vidi, inquit D. Ioannes Apoc. cap. 6. Quod aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, et audiui vnũ de quatuor Animalibus dicens tamquam vocem tonitrui; veni, & vide; & vidi. Et ecce æquus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.



SVPRA, solutum primum sigillum dicendũ esse, quia solutæ, & declaratæ sunt scripturæ de primo Christi aduentu loquentes, dixi. Hac interpretatione retenta quis effectus ab hac primi sigilli solutione resultet, videamus. Paucis vt me expediã, Per hanc primi sigilli solutionem, Id est, per implemẽtum scripturarum, nisi cognitionem Christi resultare, & inde per eius agnitionem, nihil aliud, Nisi Christi victoriã contra Draconem inferri video. Quoniam cognito Christo per fidem ipsius, virtutemq;, draconẽ superamus; sed quia hæc victoria non nostra, sed Christi propugnatoris ad saluandum est, propterea ipse vincere, dicitur, & exire vincẽs vt vincat; Infertur tertio quoniam Christus passus est, quoniam adimpletæ scripturæ per eum sunt; ipsum coronandum corona Ciuitatis nouę, & sanctę Hierusalem. Et hoc est quod Diuus Ioannes per hæc verba dicere videtur. Et ecce ęquus albus, cum sequentibus, quoniam cognitis scripturis, de primo Christi aduentu loquentibus Christũ coronandum corona glorię cognoscimus; eiusq;, victoriam contra Draconem, dicimus.

Per sedentem in æquo Albo Christum intelligendum

dico;

dico;quia idem Dominus Apoca. cap. 19. sedens super æquum album, in iustitia pugnans describitur. Qua de re nō absurde, & hoc loco Christum interpretabimur, cū & hoc texto pugnare dicatur, quoniam si exire vincens vt vincat dicitur: vtique ipsum pugnare dicemus. Et cum non sit qui Draconem nisi ipse deuicerit, qui per eius mortem nobis vitam donauit, Cum propugnator ad saluandum sit vt Isa. 63. vtique commodius per sedentem super æquum album Christum interpretabimur; Nam si ipse solus aperire librum, dare nobis vitam æternam, vicit vt Apoca. capit. 5. Quis igitur iste qui exiuit vincens vt vincat, nisi ipse: etsi enim multi sancti Draconem superauerint, tamen victoria eorum per Christum, & hoc nullam dubitationem habet.

Et cum dicat textus, & data est ei corona, obid per sedentem super equum album Christum dignosco, quoniā aliquem a domino, nisi solum Christum Dominum dignū corona, quia redemit nos in sanguine suo, coronandum nō video, qui cum dignus factus fuerit recipere virtutem, Diuinitatem, sapientiam, fortitudinem, honorem & gloriam multo magis corona Ciuitatis nouæ Hierusalē dignus est: Qui exiuisse vincens dicitur, quia semper vincit; & propter Draconem quem per mortem ipsius, vicit, propterq; Antichristum quem victurus est, supra quem ei corona; Honor, & gloria data est; ipse enim solus Rex magnus & sempiternus est vt Dan. 7. Rex Regum, & dominus dominantium, vt Apoca. 19. Vnde non est persona cui magis, quam Christo, corona attribenda sit; Qui propterea habere arcum in manu dicitur. Quia sagitæ eius acutè corda inimicorum eius, transire debent. Sed quibus sagitis dicet aliquis, dico eisdem, quibus impium, interficiet; Sed de his magis oportuno loco dicemus; Per hæc credo satis primi sigilli solutio declarata sit.

Sed humanissimus lector aduertat, quod soluto primo

sigillo,

ſigillo,ſolutus ſpiritus domini non dicitur; Sed declaratæ adimpletæque ſcripturæ, quæ primum reuelandæ declarandæq; a ſpiritu Domini erant; & quæ ſi primo declaratæ & adimpletæ non fuiſſent ſub ſigillo omnes, id eſt a Spiritu ſancto velate, ſemper ſtetiſſent: Nam ſi ſcripture de domini Ieſu aduentu & morte loquentes prius declarate non fuiſſent, quomodo ad aliarum cognitionem peruentũ fuiſſet, & deueniri poſſet; ex ipſo igitur domino Ieſu omnis ſolutio, & declaratio ſigillorum, ſcripturarumq; implementum; Et cum Chriſtus vincens, vt vincat, exire dicatur; ſemper aperiri primũ ſignaculum, donec ſurgat Antichriſtus dicetur, quia ſemper vſque ad illa tempora Chriſtus clarificabit; In illis diebus alia ſigilla vſque ad ſeptimum excluſiuè ſoluentur; vt infra demonſtrabimus, in illis diebus Chriſto quia vincet Antichriſtum, corona dabitur; In illis diebus omnimoda victoria Chriſti cõtra draconem, ſequetur; Sed de hoc clarius in ſolutione ſexti, & ſeptimi ſigilli agam.

Venio ad ſolutionem ſecundi ſigilli, & paucis agendo per ſedentem ſuper equum rufum, Antichriſtum his rationibus interpretor. Quia ſicut dominus Ieſus venit tempore pacis, mittere pacem ſuper terram; Econtra Antichriſtus bellorum adueniet tẽpore diſcordias ſeminabit; & gladio gentes multas vincet; vt Dan.xj. ſcribitur; propter quod gladius magnus ei datus dicitur, id eſt poteſtas magna, quia qui habet gladij poteſtatem, omnimodam in terra poteſtatem habere dicitur; vt de omnibus his ait D. Math. 24. cap.

Item Antichriſtus in nouiſſimis diebus, in conſumatione ſæculi, in quibus ſurget gens, contra gentem, & regnũ aduerſus regnum, vt D.Math. 24. venturus prædicitur. At hic quod ſedenti ſuper equum rufum datum eſt ſumere pacem de terra, vt inuicem ſe interficient, quod nihil aliud dicere eſt; ſi verborum ſenſum conſiderabimus, niſi quod

in diebus illis nouissimis, in quibus veniet sedens super equum rufum, surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum; Sed quando gens contra gentem;& regnũ aduersus regnum insurget; Nisi in diebus nouissimis, nisi in consumatione huius sęculi,nisi in diebus bestiæ quæ Antichristus dicitur; Ergo per sedentem super equum rufum Antichristum, interpretari visum fuit.

Præterea cum Antichristus similitudo Draconis sit, vt citato Ezech.cap.28. & Apoca. 13. quia os potestasque Draconis est, quia habet decem cornua, & septem capita vt Apoca.13. & 17, sicut habet draco; vt Apocali.cap.12. legimus. Et cum iste de quo D. Ioannes in solutione secũdi sigilli loquitur, rufus dicatur; Rufus autem draco, hoc Apoca. cap.12. legatur; ergo a simili arguendo, per sedẽtem super equum rufum Antichristum exponere visum fuit; qui illa bestia est, de qua D. Ioannes loquitur.

Tertiò ad sic declarandum moueor; Quia potestas gladij Antichristo, Apoca.6. Ezech.cap.21. Zacha. 11.danda dicitur, ibi; Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit; & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum non dissoluet; O pastor & Idolum derelinquens gregem gladius sup brachium eius, & super oculum dexterum eius: Si gladius Antichristo datus est, quem igitur per sedentẽ super equũ Rufum, & tenentem gladium nisi Antichristum interpretabimur, cum omnia requisita in hoc stulto pastore de quo Zacharias loquitur in Antichristo insedente super equum rufum & nigrum vt clarius infra patebit cõcurrere debeãt. Huic enim gladius quia populum sanctorum, & gentes multas interfecturus est, datus dicitur. vt Habacuch cap.1. Ezech.21. Dan.xj. Apoca. 13. & per hanc gladij potestatem quia Antichristus multos reges humiliabit; vt Dan. 7. & xj. Isaiæ x. ibi, Et erit cum impleuerit dominus cuncta

opera

opera sua cum sequentibus, propter quod supra terram regnaturus sit sequitur, vt Dan. 2.8. 11. & Apoca. 17. de quo cap. alias dicemus, clarificabitur Christus, rex Iustitiæ, nō ergo, sicut vnus ex regibus huius sæculi cognoscendus est, & solutum secundum sigillum, dicetur.

Si diceret aliquis, nonne in Euangelio dicitur, quod surgent multi pseudochristi, & pseudoprophete; quomodo ergo tu vnum Antichristum dicis: Respondeo, etsi plures in nouissimis diebus pseudochristi, & pseudoprophete futuri sint; vnus tamē principaliter est Antichristus, qui se Deum & Christum dicet; vt D. Math. 24. Apoc. 13. Ezech. 38. qui Ecclesiam Christi fame, gladio, & captiuitate, vt habet dicto cap. Apoca. 13. vastaturus est; cæteri tamquam discipuli eius erunt; & nunc largè loquendo Antichristi dicuntur, qui hæreses effuderunt, qui contra doctrinam sanctæ Matris Ecclesiæ, quasi imitatores bestiæ, quæ ventura est; pugnauerunt & pugnant. Abhominatio enim desolationis per vnum, vt scribit Dan. d. cap. 12. vnus igitur Antichristus, quoniā nemo vastaturus Ecclesiā dictus fuit nisi ille qui in nouissimis diebus vēturus est; qui Antichristus dictus est, Docet hoc domiuus Iesus. D. Mathei cap. 24. Ibi si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; Ecce in penetralibus est nolite credere; Nam si plures futuri essent singulari numero; Dominus Iesus vsus non fuisset; Sed quod vnus Antichristus futurus sit. Zacha. cap. 11. Ezechiel cap. 21. per hæc verba nos docēt, Tu autem impiè profanæ Dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita; Aufer Cidarim, tolle coronam; Nonne hæc est, quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit; Iniquitatem ponam eam, & hoc non factum est donec veniret, cuius est iudicium, & tradam ei; quibus ex verbis quod in nouissimis diebus, venturus sit; Cum instabit dies iudicij, deprehendo; Quod etiam Ezech. cap. 38. D. Math. cap. 24. Isaias 8. & 10. sequuntur. Vnus igitur Antichristus est, sicut & vnus est Christus, vt Ezech. cap. 34.

& 37.Hierem. 33.& 23.& ex omnibus prophetis & scripturis discernitur. Soluetur etiam secundum sigillum cum speciosa, & delicata filia Syon Antichristi bellum, sanctificauerit ut ex Hierem. cap.6. colligo; Quid autem per delicatam filiam Syon intelligendum sit;alibi explana bo: quia hic locus expositionis huius non est, ne inuoluere scripturas, & inordinatæ dicere, videar.

Per sedentem super equum nigrum tenentem stateram in manu sua, etiam Antichristum declaro, & per stateram quam habet in manu,ipsum omnem dominationem & potestatem in terra habiturum,interpretor; qui enim habet aliquid in manu sua, illud proculdubio in sua potestate habere dicendus est; Qui ideo super equum nigrum, sedere dicitur; quia fraudibus, & falsis doctrinis gentes seducturus est;Quia obscurare iustitiam Christi conabitur;fraudulenti vasa pessima sunt ipse enim cogitationes cócinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij.Ista ratione sic ad intelligendum moueor; quia sicut per sedentem super equum album, Doctoré iustitiæ & ꝓpugnatorem ad saluandum; vt supra asserui,interpretatus sum; Econtra cũ contraria contrarijs cognoscantur per sedentẽ super equũ nigrum venturum, qui iniustitiam docere debeat,expono; Sed hæc est ĩiustitia & peccatũ,in iustitia cum in filiũ Dei; non creditur; vt ex 16. Euangeliorum cap. D. Ioannis noto,ibi; De peccato quidem, quia non crediderunt in me; de iustitia vero quia ad patrẽ vado;& iã non videbitis me: Sed quis est iste qui peccare faciet homines in iustitia, & sic in Christo; qui iustitia Dei est; vt supra memini; nisi Antichristus;ipse enim potentius cęteris omnibus persecutoribus Ecclesiæ tyrannidem suam, exercebit: magis omnibus alijs regibus gentium ditioni suæ, gentes, subiecturus est, & sic de Anrichristo per tenentem stateram interpretatio, facienda est; quoniam a potentiori denominatio,sumenda dicitur; Et cum color niger dolorem,luctum,

mæſtitiamque arguat, ſedentem ſuper equum nigrum Antichriſtum, intelligendum puto; quia ab ipſo omne malũ ſuper habitatores terræ, dolor, & luctus, vt infra videbimus, pandi debet.

Et ideo dico, quod per ſtateram omnẽ dominationem Antichriſtus habere intelligitur; quia dominator Ezech. cap. 21. Zacha. xj. Hiere. 51. vocatus fuit, ibi, Egredimini de medio eius populus meus, vt ſaluet vnuſquiſq; animam ſuam, ab ira furoris Domini. Et ne forte moleſcat cor veſtrum, & timeatis auditum qui audietur in terra, & veniet in anno auditio, & poſt hunc annum auditio, & iniquitas in terra, & dominator ſupra dominatorem, Qui ideo ſupra Dominatorem venire dicitur; Quia per tempus tempora, & dimidium temporis contra Chriſti Eccleſiam præualebit, qui Mich. cap. 5. & Malach. 3. Iſa. 9. Dan. 9 Zachar. 9. rex populi Iudei, & dominator dictus eſt.

Præterea Antichriſtus ſtateram in mauu ſua habere dicendus eſt; quia nemo emere aut vendere ſine licentia ipſius, niſi habeat charactherem aut nomen, vel numerũ nominis eius poterit: vt Apoca. cap. 13. ſcribitur; In quo capitulo habetur, quod ſecunda Beſtia faciet omnes puſillos, & magnos, diuites, & pauperes, & liberos, & ſeruos habere charactherem in dextra manu ſua, aut in frontibus ſuis, & ne quis poſſit emere aut vendere, niſi qui habeat charactherem, aut nomen beſtiæ, aut numerũ nominis eius, conſequenter; quia nemo emere aut vendere, ſine licentia primæ beſtiæ; niſi habeat ſigna eius poterit; verè prima beſtia habere ſtateram in manu ſua dicenda eſt; Tẽporibus enim regum Iuda ſolebant emptiones, & venditiones fieri per ſtateram; vt Hiere. 32. Amos cap. 8. ſicut & nunc plerunq; vtimur ponderantes etiam pecuniam in ſtatera, vt ſolebãt antiqui, ſicut docet Iuſtinianus Inſti. de teſta. in prin. ſi ſedens ſuper equum nigrum habet ſtateram ergo, & poteſtatem ſuper emptiones, & venditiones; ſi nemo poterit eme-

re, aut vendere ſine licentia primæ beſtiæ vtique ſtaterã in poteſtate ſua habitura eſt; Et conſequenter dominationem ſuper omnem terram; De hac mihi ſtatera dominus, loqui videtur. Mich. cap. 6. ibi; Nunquid iuſtificabo ſtateram im piam, & ſaculi pondera doloſa; in quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate; Quoniam iſta verè erit ſtatera impia, cum per eam alimenta a fidelibus Chriſti auferenda ſint; Sicut & inferius demonſtrabo; & cum per eam infideles di tari debeant: iniquitasq; a ſequentibus beſtiã exercẽda ſit.

Poſſumus etiam per tenentem ſtateram in manu ſua, ſecundam beſtiam interpretari, quia illa authoritatem ab Antichriſto occidendi fame, & gladio non ſignatos charactere illius; non habentes nomen vel numerum nominis eius, habitura eſt; ſi poteſtatẽ necandi fame, ergo & ſtaterã, ſi facultatem occidendi non habentes characterem primæ beſtiæ, nomen vel numerum nominis eius, ergo omnẽ dominationem; Et conſequenter ſtateram, cum ex eius arbi trio omnia pendere debeant, habitura eſt; Quod autem ſe cunda beſtia poteſtatem primæ beſtiæ habitura & factura ſit, Diuus Ioannes Apocalip. 13. oſtendit: ibi; *Et vidi aliã beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo ſimilia Agni, & loquebatur ſicut Draco, & poteſtatem primæ beſtiæ omnẽ faciebat in conſpectu eius*, ſi poteſtatem primæ beſtię, factura dicitur, ergo omnẽ eius authoritatẽ & præceptum, exequuturam dicemus: Quid autem per characterem, nomen, vel numerum nominis intelligendũ ſit, paulo infra declarabimus, etſi enim verba ſub obſcura, videantur; iudicio tamen meo clara, videntur.

Cum iſta ſecunda beſtia, nõ habentes characterem Antichriſti, nomen vel numerum nominis eius, occiſura ſit (vt cõicio) ſe Atramentarium, de quo loquitur Ezech. cap. 9. qui indutus lineis occiſurus eſt non habentes Thau in frõtibus ſuis, inquiet; quod igitur Thau in fidelibus ſignũ fidei Chriſti eſt, quod ſint ſignati in frõtibus ſuis; Chara-

ra-

racter signum in gentibus , quod Antichristum, sequã tur erit; Et signum Thau, secunda bestia signum, quo in frontibus sequentes eam, primamq; bestiam signari debet dicet: quorsum enim in frontibus suos signaret, nisi per falsam interpretationem scripturarum gentes seductura sit, docturaq; primam bestiam Christum esse; signaturaue in frontibus gẽtes quasi signo Christi; hoc igitur signum, quo secũda bestia, quasi signo Tahu sequaces eius signabit; characterem vocat. D. Ioannes hic: Hoc igitur charactere signabit secunda bestia gentes: quasi signo, de quo locutus est Moyses; quo populum Iudeum signandum voluit, de quo habetur Deuter. cap. xj. ibi. Ponite hæc herba mea, in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate, signabit inquam, quasi signo Thau, dicens se atramentarium, de quo loquutus est, Ezech. d. c. 9. per quem atramentarium; Angelum domini, sed verius Dominum Iesum scribentem in libro suo; in libro vitæ, omnes habentes signum suum scriptum in frontibus suis; cæteros gladio mortis æternæ occidentem; intelligo; Sed qualiter quis signum Christi in fronte habere dicatur, in solutione quinti sigilli, dicemus.

Cum ergo habiturus sit Antichristus, siue secunda bestia potestatem, ne quis possit emere, aut vendere, sine licentia ipsi⁹, & consequenter staterã in manu, & in potestate sua, Cumq; secunda bestia facultatẽ occidendi fame, & gladio non adorantes primam bestiam, habitura sit, cum omnia in eius facultatem & arbitrium redigenda sint, vt etiam ex solutione quarti sigilli apparebit, & consequenter habitura stateram, in manu sua, sequitur ex his declaratio illorum verborum Bilibris tritici Denario vno, & tres bilibres ordei denario vno; Id est omnia genera tritici, & alimentorum vili pretio sequentibus Bestiam vendentur. Multi enim venditores in foro, per vicos, ac plateas, acclamantes, Paucis verbis negotiationem ipsorum; vt emptores

res facilius reperiant, brèuicula, siue insignia, vt homines facilius ad emendum, atrahantur publice proponere solent; Quapropter tertium animal vt negotiationem Antichristi exponat qualiterq; Antichristus gentes ad sequendum eum, allicere debeat; vilitatem annonæ futurã in diebus Antichristi, & morem negotiationis Antichristi,& per hæc verba bilibris tritici denario vno, & tres bilibres ordei denario vno, refert; quasi magnum hominum ad Antichristi Annonam concursum, futurum, gratisq; ferè alimenta ab eo; habenda dicat. Nam cum terrã gratuito, vt Dan.cap.11. distribuere debeat, fortius alimenta inter sequentes eum vili pretio vendenda sunt: Hic cibus eius electus, in isto incrassabitur pars eius, ꝓpterea immolabit sagenæ suæ,& sacrificabit reti suo: ait Habac. cap. 1. & fideles vt sui alantur, intersicere non cessabit, ea propter Anna in suo cantico ait, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt, vt Iudeos propter escam sequuturos bestiam ostenderet, Sed quod pascere seruos suos in lanceis & gladio debeat. Mich.5. Apoca. 13. legitur, in escamq; populis Etyopum psal.73. dandus dicitur. Item Iudeos hoc diui Ioan.capitulo 12. Hierem.cap.6. alẽdos legimus; Esca vniuersorum habitantium sub arbore ipsius Dan.cap.4. Esca omnium populorum per hamum, de quo Habacuch cap. 1. loquitur, quo totum trahet in sagenam suam aliturusq; infideles Zacha. xj. dictus est; per hæc verba, Et id quod stat, non enutriet; ergo arguendo a contrario sensu, eos, qui non stant; propter qđ dicta fuit Hierusalem per Mich. cap.5. filia latronis, quia ab Antichristo qui fur dictus fuit; & vt in Euangelio habemus, ibi fur non venit, nisi vt mactet & perdat, alenda est; quia non tantum animas hominum sed etiam substantiam fidelium ab eis auferet; vt latro vt Isaiæ cap.8.9. & 33. Hiere. capitulo. 18. Et cum eos qui non adorabunt eum fame necaturus sit; vt Apoca. 13. sequitur, quod annona sub eo vili

pre-

pretio vendenda sit, quod sub statera eius omnia vilia futura sint; Propterea per hanc clausulam bilibris tritici denario vno,& tres Bilibres ordei denario vno, absurdũ non videbitur, Negotiationem Antichristi, vilitatem Annonæ per eius stateram; pondus bilibris tritici tantum denario vno vendendum inferre. Neque hic dictio Bilibris iudicio meo solum duos Asses, sed pondus duarum staterarum significare videtur, libram enim, & stateram pro eodem intelligendam: existimo vnde per libram, sicut & per stateram, totum quicquid per libram, ponderari potest, non autem tantum pondus duodecim vnciarum intelligo: hoc enim modo declarando maior annone vilitas sequeṛ; Qđ enim in diebus Antichristi triticum per minutos asses, vendi debeat, verisimile non videtur; sed potius per pondera magna; Sicut & hoc ostendere videtur Michea cap. 6. ibi, Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa; In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate: Neq; etiam apud nos, in diebus his scilicet, receptum est; quod triticum per minutas mensuras vendatur, verũtamen; quia hec interpretatio multis diuinatiua videbitur, in ipsa non persistam. Hoc tamen salua semper sententia sanctæ Matris Ecclesiæ existimo; per hanc clausulam Bilibris tritici denario vno, & tres Bilibres ordei denario vno, vilitatem Annonæ, magnamq; bestiæ largitatem inferri; quasi dicat tertium Animal, omnes gentes venite ad stateram, venite ad comedendum vili pretio; venite ad comedendum gratis; hoc ita interpretabar, quia paruum pretium pro non pretio habendum est.

Cum Antichristus in nomine Christi; quia dicet se Christum, venturus sit; vt supra dictum est; scripturasq; de Christo loquentes in persona propria interpretaturus. Considerabam; quemadmodum per panem quem nobis Christus tradidit vitam æternam absque argento, & absq; vllo pretio recepturi sumus; sicut prædixit Isa. cap. 55. ibi, Omnes

sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentũ, properate, emite, & commedite, venite emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac, quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrũ non in saturitate; similiter adoraturos Antichristũ in hoc seculo annone abundantiam paruo, vel nullo pretio recepturos iudico; Et si rectè discerno tunc eorũ ció dicturas gentes ad impleta verba Isaie; in ipsius bestiæ liberalitate, annoneq; abundantia; propter quam ne famo gentes pereant, ad eum vt ab ea ditentur; alimentorumq; copia saturentur confluent; Que verba Isaiam vt gentes ab Antichristi statera, semoueret, dixisse cẽseo; ne his præuisis seduceretur ab eo; sed & hæc præmonuisse vt panem Domini Iesu per quem viuemus in æternum sumerent: Christus enim suas oues in fortitudine Domini in sublimitateque nominis Domini Dei sui, aliturus Mich, cap. 5. prędictus fuit: Inquit ille in fortitudine Domini, Id est in fide, & patientia; quia per has fortes in Domino efficimur. Item addidit Mich in sublimitate nominis Domini Dei sui; quia Christus verbo vitæ æternæ, vita æterna fideles suos aliturus est. *Hæc enim* in sublimi nomine omnipotentis Dei, Id est inter potentias Dei præcipua est; quam in specie panis per corpus suũ tradit nobis Christus; Hic cibus eius electus est; sicut econtra Antichristi ditare suos, destribuere terram gratuito, his cibis temporalibus alere sequentes eum, cibus eius electus vt Habacuch cap. 1. traditur; dicẽdus est. Pasce Domine populum tuum in virga tua gregem hæreditatis tuæ, in medio Carmeli pascantur Basan, nunquid iustificabis staterã impiam, & saculi pondera dolosa. Quid ingemuit Animal, mugierunt greges armenti; quia non sunt pascua eis; quia alimenta perierũt de domo Dei nostri letitia, & exultatio; Propter hoc vt fidelium necessitatem in consummatione seculi huius, ostẽdat Dominus; Ezech. cap. 13. ait violabãt me ad populum meum propter pugillum ordei, & fragmẽ

panis,

panis,vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis; Concordat cum hoc textu, sensus prophetiæ Habacuch, cap. 1. vbi inquit, quod Antichristus hamo suo totum trahet in sagenam suam: Nam sicut propter escam pisces capiuntur; similiter vilitate annonę, & abundantia statérę suæ, totum ad se Antichristus, trahet; ipsiusque charactherem in frontibus suis gentes accipient; Quod igitur per hamum exponit declaratque Habacuch, hoc Diuus Ioannes per stateram vilitatemque ordei,& tritici explicat; His verbis Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres ordei denario vno, gentium stultitiam quæ ꝓpter escam a bestia seducendę sunt, irridet. Negotiationem Antichristi iniquitatem, erga fideles, & dolum in gentes arguit: Ex his igitur aperte constat, hanc stateram de qua D. Ioannes loquitur, non Christi manibus, neque alicuius ex sanctis suis adaptandam esse, quoniam filios hominū mendaces in stateris Psalmista inquit.

Per hanc solutionem tertiam; quia prohibebit Antichristus quod quis non emat aut vendat nisi qui characthere ipsius signatus sit,& adoret eū; Christus clarificabitur. tunc manifestè Antichristum à Iudeis, & gentibus propter alimenta ac munera quæ ab eo recipient iustificari, fideles cognoscent: propter hos igitur cap. 5. clamat Isaias veh qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo; Iudeos autem suscepturos munera ab Antichristo docet Amos cap. 5. ibi, Odio habuerunt corripientem in porta,& loquentem perfecte abhominati sunt; Idcirco pro eo quod dirripiebatis pauperem,& predam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide edificabitis,& non habitabitis in eis; vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum, quia cognoui multa scelera vestra,& fortia peccata vestra, hostes Iusti: accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta: Quæ inquam iustificatio hec

qua iustificandus propter munera Antichristus est:nõ enim suspicione carere potest, qui dominum propter munera seruus commendat? At vero nos, non solum a muneribus abstinentes, sed bonis omnibus que possidemus ꝓpter Christum renuntiantes, Christum Dominum Iesum confitẽtes, vera, & digna dicere, & fateri credẽdum est, Et quod Christi non sit trahere ad se gẽtes muneribus, & pretio Isa. ca.45. scribit, ibi, Ego suscitaui eum ad Iustitiam, & omnes vias eius dirigam, ipse edificabit Ciuitatem meam non in pretio neq; in muneribus. solus enim Antichristus Mercenarius dictus est, vt in Euangelio, & Anne cantico habetur; ibi, Pro panibus se locauerũt, & famelici saturati sunt, quia pretio conducturus est gentes ad sequendum eum.

Vnde ex operibus eorum cognoscetis eos, inquit, Dominus Iesus, & hoc est consilium quod Dominus Iesus Isaie cap.8. prebuit ad discernendum in diebus illis nouissimis qui Christus sit; vt eum, & discipulos suos ex signis, & operibus iustitiæ sanctitateq; cognoscãt; simul bestiam, & sequentes eam, versari debere in operibus malis ostendit; sed nonne hæc magna iniustitia, & iniquitas, cum a timentibus Deum, a fidelibus Christi operatoribus iustitiæ, alimenta auferentur; iniqua agentibus, & pereuntibus danda; verba Isaie sunt hæc, Liga testimonium signa legem in discipulis meis, ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus in signum? Non animaduertunt Iudei ad tot opera iustitiæ Christi, & tot sanctorum eius, ad iustitiam que ex fide Christi propagata, iam iam in vniuerso mundo prædicatur; sed hoc ideo quia liber ante oculos eorum signatus est, & intelligere nolunt.

Et vinum, & oleum ne leseris.


AEC verba sic expono fideles doctos dolis suis fraudibus ac statera, non seducet. Doctos scilicet intel-

ligo

ligo diuinis literis imbutos, Dei,& Christi cognitionẽ habentes. Hos enim saluandos quia in fide stabiles erũt; probat Isaias cap. 54. ibi, Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos,& fundabo te in Saphiris, & ponam Iaspidem ꝓpugnacula tua;& portas tuas, in lapides sculptos, & omnes lapides tuos, in lapides desiderabiles; vniuersos filios tuos doctos a Domino; Docti enim fulgebunt in perpetuas æter nitates, inquit Dan. cap. 12. quia docebunt plurimos ruentque gladio fame,& captiuitate; vt eiusdem Dan. cap. 11. legimus. Istos sedens super equum nigrum non ledet neque peruertet. Nam si Samaritanus vino, & oleo vulneratum in via, a latronibus percussum sanauit; quid per vinum & oleum inferendum videtur, nisi fides, & Sapientia, quibus deprauati falso dogmate hæreticorum quasi vulnerati ad mortem sanantur:& qui per latrones vulnerãtes in via, nisi Heretici fidei Christianæ aduersantes intelligendi videntur,& qui per vulneratos in via, nisi qui suasionibus diabolicis seducti a bonis operibus, a via iusta, a fide recedunt, & qui inquam per vinum,& oleum, nisi sacræ Theologiæ Doctores, qui in sapientia ipsorum, in fide & scientia erudiunt stabiliuntq; multos. Et qui fideles docti per vinum, & oleũ intelligendi videntur, nisi sancta Ecclesia Christi, que a domino docta est,& tot persecutionibus Hereticorumque inuasionibus, probata est.& quid per vineã meri, nisi Ecclesiam sanctam in fide stabilem non claudicantem intelligemus.

Et quod per vinum fides intelligenda sit, textus Isaiæ, cap. 1. suadere videtur, ibi, Argetum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua, principes tui infideles, si principes sunt infideles vix populus eius erit fidelis. Quamobrem per vinum mistum, nisi fidem deprauatã, corruptã, nisi titubantes in fide intelligemus; Cũ aqua auferat saporẽ vini, vinũ mistũ aqua vinũ dicendũ nõ est, q̃a in vino requisita non habet; Similiter fideles non sunt vi-

num, nisi in Ecclesia sapiant, nisi omnia requisita in fide habeant; propter quod per vinum sanctam Ecclesiam in bonis operibus perseuerantem, docentes fidem; fructus fidei facientes regnum Dei, & Christi prædicantes interpretor; sicut enim vinum audaciores homines reddere solet, sic & fideles audaces in prędicatiōe fidei esse oportet; alioquin vinum non sunt; Si enim Ecclesia vinea est, & fructus vineæ, vinum est. Qui igitur per vinum nisi fideles ferentes fructum, facientes opera fidei, prædicantes regnum Dei, colentes amplificantesq; vineam intelligendi videntur; Si Christus vitis est, fideles autem palmites vtiq; per vinum palmitum fructus intelligendus est; opera fidelium sancta interpretanda sunt, & per vinum qui stant in fide, qui non seducuntur, qui à tentationibus variis in diuersas hæreses non trahuntur; Sed immobiles, & fortes in fide permanent; & consequenter qui alios docent, qui in operibus sanctis fideles instruunt, qui mandata Dei seruāt per vinum intelligendi videntur; istos sedens super equum nigrum statera sua; liberalitate stateræ & annonæ non lędet, quoniam occidendi sunt, vt Dan. 8. ibi, Et populum sanctorum, & quia prope timentes Dominum salutare ipsius; De his D. Ioannes hoc cap. 12. ibi, Et abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu *Christi sensisse videtur.*

Si de calice vini misti, id est de calice ire Dei, bibent peccatores terræ, vt inquit Dauid Psalm. qui igitur per vinum intelligendi sunt, nisi operibus sanctis instantes, nisi facientes mandata Dei, & habentes testimonium Christi; Et sicut illud vinum est, quod calore æstatis probatum auersionem passum non est; Similiter per vinum Ecclesia Christi dicenda est, que iam probata a multis Hereticorū & Turcarum inuasionibus, in diebus nouissimis a calore tribulationis magnæ ab ira Antichristi, non peruertetur.

Inquit textus, VINVM ET OLEVM NE LESERIS, per oleum Christianos habentes testimonium Christi, quia oleo Christi vncti sunt, intelligo propter quod eos. D. Ioãnes oleum vocat, quia nemo dicit Domine Iesu, nisi ex spiritu sancto qui est oleum: sicut enim oleum hoc temporale a putredine & corruptione ea, quæ in oleo reconduntur, seruat. Similiter per oleum Christiani intelligendi sũt, quia oleo Diuinæ gratiæ vncti sunt, effecti oleum, id est, incorrupti, propter oleum quod eos a corruptione æterna liberabit, propter fidem quam habent: Etsi aliquis quæreret, nonne satis D. Ioan. dixisse fuisset; Et oleum ne leseris, si per oleum Christiani intelligendi sunt; Nequaquam quoniam fides sine operibus mortua est; Non enim qui dixerit Domine Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei, inquit Dominus Iesus propter quod Christi testimonium habens etiam vinum, esse debet, quia fructum in vinea, & sic in Ecclesia afferre debet: Sed quis est iste, qui affert fructum, nisi qui fructus dignos fide, facit, nisi qui mandata Dei seruat; Vt intrepidi sint, vocat eos oleum. Quia sicut oleum faciem homi nis exhilarat; Sic per oleum fideles qui intrepidè sustinebunt tribulationem illam magnam propter testimonium Christi, intelligendi videntur; non enim frigidus Christianus, sed neque tepidus pro testimonio Christi esse debet. Sed audenter Christum, fateri aperta facie hilariq; corde se seruum Christi demonstrare, lassos verbo sustentare tenetur. Et per hæc materiam solutionis tertij sigilli expeditam credo.

Hęc verba vinum & oleum ne leseris, Adhuc clariorem interpretationem recipiunt; id est staterã in potestate sua, habens liberalitate, & iniquitate stateræ fructum vineæ, & oliuæ, non ledet; Nam cum sicut vinea, & oliua fructifera ecclesia sit, vt Hierem. cap. xj. ibi, Oliuam vberem pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen

men tuum, Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis; Id ea & combusta sunt fruteta eius.

Secunda bestia tunc vinum & oleum, & sic fructum vineę & oliuæ, fructum scilicet Ecclesiæ non lædet. Per hec verba D. Ioannis fideles in diebus Antichristi fructus Ecclesiæ vocandos esse noto: profectò in diebus illis maximum Ecclesia fructum, habitura est: cum populus sanctorum interficiendus pro testimonio Christi sit; vt Dan. 8. habetur; Hiccine non ne fructus dignus Ecclesia, est, Non ne sicut incensum in conspectu Domini mors sanctorum eius: tunc clarificabitur dictum quod in canticis canticorum, habetur, Vineæ florentes dederunt odorem suum: de quo alibi verba fecimus; si multi tunc docebunt plurimos nonne est fructus Ecclesiæ, vinum & oleum. Si sapientia doctorum sanantur infirmi in fide, quasi vino & oleo, vt supradixi: quomodo igitur statera impia, vinum & oleum, scilicet fideles sapientes & doctos ledet. Beatus igitur vir quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea; Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.

Expeditus de solutione tertij sigilli, me ad quartum confero. Et vt paucis agam, per mortem sedentem super equum palidum eundem Antichristum interpretor; propterquem, & per quem maxima fidelium strages facienda est; Daniel.n.cap.8.ipsum occisurum populum sanctorũ; idest iustorum infinitam Multitudinem; sanctos venerantem; & sic Ecclesiam Christi prædixit. Hunc etiam Habacuch non debere cessare gentes interficere prophetauit: a potentiori cum sumenda interpretatio sit, cur non per sedentem super equum palidum Antichristum, intelligemus; quem dicitur mors & infernus sequi, quia qui gladio occidit, oportet eum gladio, scilicet ire Dei; vt aiunt D. Math.cap.26.& D. Ioannes Apoca. 13. occidi.

Si autem per sedentem super equum palidum, secundam

dam bestiam interpretaremur, quæ signa magna in conspectu primæ Bestiæ factura est; quibus habitantes in terra; seducet; & faciet vt quicunque non adorauerit imaginem bestiæ occidatur, non absurde sentiremus; quoniam ista secunda bestia, voluntatem primæ vt dicto Apocal. cap. 13. exequutura, ab ea potestatem super terram necandi fame, & gladio eos qui non adorabunt imaginem primæ bestiæ habitura est. Multum enim textus D. Ioannis in hac quarta solutione, cum his, quæ de secunda bestia dicto Apoca. cap. 13. dicta sunt, conuenire videtur. Et clarius ex solutione quinti sigilli per sedentem super equum palidum, secundam bestiam fore intelligendam apparebit: propterquam interpretationem, & secunda bestia habitura stateram in manu, & potestate sua, dicenda est: Cum in illam ab Antichristo, necandi fame gladio, & captiuitate potestas transferenda sit. Sed siue per sedentem super equũ palidum primam bestiam vel secundam interpretemur, & per tenentem stateram similiter primam bestiam, vel secundam, vtraq; interpretatio recipienda videtur; Quia hi duo, cum in potestate draconis signa facturi sint vt d. c. 13. vna voluntas dicendi sunt: verumtamen cum propter primam bestiam hec omnia facienda sint; cum mandatam iurisdictionem suscipiens proprium nihil habeat; sed eius qui mandauit, iurisdictione vtatur, & subrogatus sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur; & datus Antichristo gladius dicatur; prout in solutione secunda dixi, & Ezech. cap. 21. habetur; de quo in sequenti sigilli solutione dicturus sum, rectius per sedentem super equum palidum, & tenentem stateram in manu sua, primam bestiam interpretabimur; quia ab ea omne malum super habitatores terræ, vt Hiere. cap. 1. legitur, pandendum est.

Ad solutionem quinti sigilli venio; pro cuius faciliori intellectu, Præmitto verba textus quæ sequuntur.

Et cum aperuisset sigillum quintum vidi subtus Altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes, vsquequo Domine sanctus & verus, nō iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra, & data sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi.

ISta verba, ET DICTVM EST ILLIS VT REQVIESCERENT ADHVC TEMPVS MODICVM DONEC COMPLEANTVR CONSERVI EORVM QVI INTERFICIENDI SVNT SICVT ET ILLI. Hanc declarationem recipere videmur: Id est dictum est eis vt quiescerent donec completa sit tribulatio magna, quoad vsque signati fuerint fratres eorum in frontibus suis: Ideo sic declaro; quia in tribulatione magna; que in diebus Antichristi futura est: vt D. Math. cap. 24 complenda fidelium interfectio est. Quia in ipsa fideles in frontibus suis signandi sunt: quia vsque ad illam semper ecclesia persecutiones vt Dauid Psal. 88. passura est: Et quia post ipsam tribulationem fidelium magnam Regnum Christi sempiternum surrecturum est: nullamq; inde Ecclesia persecutionē passura est; quoniam satan vt amplius gentes non seducat ne peruertat eas per mille ligabitur annos: Si fidelium igitur interfectio & tribulatio in diebus Antichristi complenda.

da est; Hic igitur textus solutionis quinti sigilli, de illa interfectione sentire videtur; & sic de interfectione quæ in tribulatione magna facienda est, de fidelibus qui in tribulatione magna in frontibus signandi sunt.

Quæret aliquis quid est hoc dicere, quod in tribulatione magna fideles in frontibus suis signandi sunt; Ideo in tribulatione magna signari debent fideles in frontibus suis; quia per tribulationem magnam ab Antichristo fidelibus infligendam Christiani, & occidendi, multaq; genera tormentorum pro fide Christi subituri sunt; quia palam & publice non verentes mortē nec tormenta pro nomine Christi, coram inimicis Ecclesiæ Christum confitebuntur: Nam cum Angelus habens signum Dei viui, clamauerit quatuor Angelis quibus datum est nocere terræ, & mari, ne noceant terræ, & mari quoad vsque signauerit seruos Dei in frontibus suis; postea centum quadraginta quatuor millia signatos ex omni tribu Israel reuelauerit D. Ioanni: post hos autem infinitam multitudinem ex gentibus, & linguis quæ venit de tribulatione magna, & dealbauit stolas suas in sanguine Agni; hanc simul turbam signandam in fronte per eum dixisse censendus est: Quia cum signandos seruos Dei in frontibus suis, dixerit: & isti qui de tribulatione magna egressuri sunt, serui Dei futuri sint; cum pro fide Christi occidi, & stolas suas lauare debeant in sanguine Agni, ergo & signari in frontibus dicendi sunt: Quapropter illa turba magna quam nemo dinumerare poterat, de his fidelibus intelligenda videtur qui in diebus Antichristi, propter fidem Agni interficienda est: Quam signatam in frontibus D. Ioānes dixisse videtur; quia de tribulatione magna ventura est; quia stolas suas in sanguine Agni dealbare debet; quia palam fidelis cognoscenda est: si enim præsupponuntur signandi in fronte serui Dei, vtique iam signatos fuisse credendum est: Sed non in fronte; Qua de re hi signandi in fronte videntur, qui martiria, tormentorum diuersa gene-

ra etiam vsque ad mortem inclusiuè, ferre debent, qui per magnas persecutiones, tribulationesq; Regnum Dei ingressuri sunt, quia hoc verè fidei signum est, cũ quis ponit animã suam pro fide Christi, Hinc spiritum Domini habere dignoscitur, quod verus discipulus Christi sit, crucemq; suã ferat, & consequenter quod signo Thau signatus sit, in martirio plenitudo dilectionis, & fidei probatur; Maiorẽ charitatem nemo habet quam vt animam suam ponat ꝓ amicis suis, Qui habet hanc charitatem omnia suffert, non insidiatur, non agit perperam, non querit quæ sua sunt; hanc charitatem arbitror quam commendat Apostolus; quam si Christianus non habet nihil est: Et dato quod Diuus Ioannes turbam signatam in frontibus non dixerit (siue vt clarius loquar) non conscripserit, tamen quia hoc per æquipollens testatus est, Cum eam venisse de tribulatione magna, & lauisse stolas suas in sanguine Agni manifestauerit; hanc similiter signatam in frontibus professus fuisse videtur: Quapropter hæc verba nolite nocere terræ, & mari, quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis hanc interpretationem recipere videntur; Id est nolite nocere donec impleatur numerus eorũ qui interficiẽdi sunt ꝑ eorum ve qui de tribulatione magna, venire debent, qui palam Christum confitebuntur: Et consequenter sequitur illa verba cap. 6. & dictum est, illis vt requiescerent, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut, & illi; & verba cap. 7. nolite nocere quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis, & hec, quæ ad declarationem quinti sigilli posita sunt, hec inquam, Nolite nocere donec impleta fuerit tribulatio magna; eundem sensum habere, & per ea inferendum signandos in frontibus, & venturos de tribulatione magna, eosdẽ futuros fideles qui interfectionem complere debẽt. Quod sequens ratio comprobare videtur, Nam si post impletam fidelium occisionem, Christus de interfectis suis vindictã

sumptu-

sumpturus est, ut ex illis verbis colligitur. Et dictũ est illis vt requiescerent, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiẽdi sunt sicut, & illi; similiter si post tribulationem magnam, postquam signati fuerint fideles in frontibus suis, dandum est Angelis quatuor, ad fidelium vindictam nocere terræ, & mari; subsequenter sequitur eos qui complere debent interfectionem; signandos ve in frontibus, de quibus loquitur tex. d. cap. 7. Item venturos de tribulatione magna, eosdem futuros Dei seruos, propter quos descendere debet Ira Dei supra Regnum bestiæ, cum ex vtroque textu; scilicet solutionis quinti sigilli, & cap. 7. post completam fidelium interfectionem vindictam de interfectis sumendam notemus.

Ista autem verba, NOLITE NOCERE QVOAD VSQVE SIGNEMVS SERVOS DEI NOSTRI sic exponenda putaui, id est nolite nocere donec signauerimus, fideles in frõtibus suis; tempus enim pro tempore iudicio meo ponendum videtur; Non enim video nocituros angelos terræ, & mari, tempore quo fideles in frontibus, signabuntur, cum gladio & fame a ministris Antichristi occidentᷣ; sed postquam bestia fidelium occisionem, vt ex cap. *6*. & *7*. Apocalectione discernimus, adimpleuerit: Postquam depredationem consumauerit; cum dispersio populi sancti, impleta fuerit, cum posita fuerit abhominatio in desolationem, vt Dan. 12. cum regnauerit bestia per tempus, tempora, & dimidium temporis, vt eiusdem Dan. 12. cum venerit, vt Apoca. 17. cum sceptrum filii Dei in terra subuerterit, sicut Ezech. cap. 21. legimus, Cum fatigata contemnere, defierit; vt Isa. *33*. cap. scribitur; Vnde tempus, pro tempore intelligendum iudico.

Præterea si tempus pro tempore intelligendum venit; & hanc posse recipere interpretationem videntur; id est, quandiu signabimus, ne noceatis terræ & mari: Nam cum inchoanda sit Christi fidelium ab Antichristo, in quarti si-

gilli

gilli solutione interfectio, & dictū animabus eorū sit, vt quiescāt donec compleantur conserui eorum,& fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi ; ergo tamdiu fideles donec fuerit solutum sigillum quintum signari debent; Si enim diceremus cogitatum fuisse per Angelum ; quod vsquequo ipse cepisset signare seruos Dei in frontibus eorum non deberent percutere terram , sed postea , scilicet statim cum cepissent signari in frontibus , quomodo talis intellectus consisteret, Nunquid statim Angeli percutere terram incipient, cum Antichristus Christi Ecclesiam vastare ceperit; nequaquam sed post perfectam desolationē post impletam interfectionem , vt supra diximus; Sic igitur soluenda videntur illa verba , Quoad vsque signemus, id est quandiu signabimus ; vel donec signauerimus: Verumtamen cum omnia Deo sint præsentia , & in eo non detur præteritum neque futurum,quoniam sibipsi est dies vnus æternus ; quia mille anni Domino sicut dies esterna , quæ præterijt , que pro nihilo est ; ne impropriatio verborum fiat , ne sensus extendatur , ita illa verba quoad vsque signemus , prout iacent intelligenda videntur : quia quasi temporis momentum in cōspectu Domini indignatio Antichristi futura est,q̄ per tēpus tempora & dimidium temporis supra fideles Christi durare debet ; Propter hoc ait Isaias cap. 25. Vade populus meus,intra in cubicula tua ; claude ostia super te abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio, Ecce enim Dominus egredietur de loco suo vt visitet iniquitatem orbis terræ cōtra eum, & reuelabit terra sanguinem suum : Illud enim temporis spatium in quo Antichristus , Christi Ecclesiam vastabit, quasi momentum indignationis , quasi actus momētaneus,qui vix ceptus finiendus sit, ante oculos Domini futurum est.

Noto ex hoc Apoca. cap. 7. Iudeos ante aduentum Antichristi conuertendos ad fidem, ex quo in diebus illius in

tribula-

tribulatione magna signari debent in frontibus centum & quadraginta quatuor millia; sed quia hic nō est locus huius quæstionis, propterea non insisto.

Illud prætermittendum non videtur, per Angelum habentem signum Dei viui, de quo text. d. cap. 7. loquitur, Dominum Iesum interpretandum fore; quia cum ipse signum Dei sit, septemque spiritus Dei habeat, vtique signum Dei viui habere dicendus est; vt supra in principio operis exposuimus; tum quia Angelus Malach. 3. dictus est: Præterea quia signare, vt Ioan. cap. 3. idest dare Spiritum sanctum, cuius virtute pro nomine Christi fideles moriuntur. non Angelorum sed Dei, & Christi est: Istis tamen rationibus dictio alterum, obstare videtur, ibi; Et vidi alterum Angelum que de duobus ponitur, propter cuius significationem, si per alterum Angelum Christus, intelligendus esset maximum inconueniens, immo dictum magnum Hereticum sequeretur, quod duo essent Christi, vt igitur hoc absurdissimum euitetur, per alterum Angelum, vnus ex Angelis intelligendus, non autem Christus, videtur; Sed & hec oppositio non subsistit; quoniam & si dictio alterum, de duobus ponatur, tamen in hoc cap. 7. neque ante, particulariter mentio duorum Angelorum facta non reperitur; quamobrem cum hec dictio, aliam interpretationem sumptura sit; Ita hec verba & vidi, Alterum Angelum declaranda videntur; idest vidi alterius qualitatis Angelum.

Præterea si intelligendus vnus ex Angelis fuisset, non dixisset alterum, sed fuisset contentus. D. Ioannes vti simplici appellatione Angeli. Quapropter cum omnis dictio in Apoca. cum misterio posita sit, cum omnis dictio aliqd operari debeat, ne verbis frustratorijs D. Ioannes vsus videatur, per hec verba, & vidi alterum Angelum Christus, intelligendus est; alterius qualitatis Angelus; Et cum Christus ascendere, vt Isa. xj. dicatur, quia gloria eius multiplicatur,

catur, & crescit; vt eiusdem Isa. cap. 9. legimus; ibi: Et multiplicabitur eius imperium, & hic Angelus ascendens ab ortu solis dicatur, Christus ergo intelligendus videtur, non autem vnus ex Angelis; quia gloria eorum ascendere non dicitur; sicut gloria Christi; quæ multiplicando extollitur magisq; post interitũ bestiæ augenda est; quæ in Christo ab ortu solis ascendere dicitur, quia ad similitudinem solis cum oritur, cum ascendit, non autem prout, quando descendit multiplicando augetur. Præterea si Christus vir oriens dictus est Zacha. 6. & Isa. 41. & Angelus, vt supra dixi, quis igitur hic Angelus dicendus est nisi Christus; qui quasi oriens ascendit.

Ex quinti sigilli solutione, noto Christianorum stragem sub Antichristo iterandam. Nam cum in solutione quarti sigilli maximam D. Ioannes fidelium occisionem, futurã asseruerit, cum in solutione quinti, dicat siguandos esse fideles, interficiendos scilicet pro fide sicut priores, sequitur stragem fidelium fore refricandam & repetendam: Noto secundo verba quinti sigilli ad consolationem viuentiũ fidelium prolata esse, cum animabus interfectorum dictũ fuerit, vt quiescant, donec compleantur conserui eorum, ne desperent in magna tribulatione; Concordat Isaias 25. cap. per hec verba viuent mortui tui interfecti mei resurgent, Expergiscimini qui habitatis in puluere, quia ros lucis, ros tuus, vade populus meus, intra in cubicula tua, clau de ostia super te abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio; Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem orbis terræ, contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, nec operiet vltra interfectos suos; si moram fecerit expectare eum, quia veniens veniet, & non tardabit, Ecce Deus vester, vltionem adducet retributionis Deus ipse veniet, & saluabit vos.

Et

DEus conteret dentes eorum in ore ipſorum, & molas leonum confringet.
Dominus confringet capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.
Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens, intendit arcum ſuum donec infirmentur.
Sagite paruulorum fient plage eorum, & infirmabuntur contra eos lingue eorum.
Humiliabit illos Deus qui eſt ante ſecula, non eſt illis cõmutatio, extendet manum ſuam in retribuendo, in ira populos confringet.
Quoniam qui malignantur exterminabuntur, ſuſtinẽtes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram;
Dominus faciet iudicium pauperis, retribuet viriliter facientibus ſuperbiam.
Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc; verumtamen fex eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ.
Dominus amat iuditium, non derelinquet ſanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur, & ſemen impiorum peribit.
Iuſtus Dominus, iuſtitias dilexit, æquitatem videt vultus eius rectum verbũ Domini, & omnia opera esus in fide.
Expectate Dominum viriliter agite, confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino; cum perierint peccatores videbitis.
Cum conuerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ, tunc lætabitur Iſraël, & gloriabitur Iacob.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum, a facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.
Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Ad alligandos res eorum in compedibus, nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hec est omnibus sanctis eius.

Ex huius quinti sigilli solutione, clarificabitur etiam Christus, quia hoc magnum fidei Christianæ, quo aliud maius vix reperiri potest, testimonium & argumentum est; cum quis ponit animam suam pro fide Christi; Martirio enim & patientiam sanctorum draco vincitur stat fides; Sicut hoc Apoca. cap. 12 legimus, ibi, Nunc facta est salus; Nam per talem interfectionem apertissimè cognoscetur; quod bestia, non sit Christus; Quoniam Christus mansuetus prædictus fuit; Propter veritatem inquit Dauid, & mansuetudinem & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua; Et Sophon. cap. 3. Quærite Iustum, quærite mansuetum, si quo modo abscódamini in die furoris Dñi; Quoniam, & bonus, Amos cap. 5. vocatus fuit: Quia & mansuetũ cap. xj. & 42. Isaias & cap. xj. Hiere. nunciauit; & 21. Ezech. testatus est: Christo enim dicto Ezech. cap. gladius ad leuigandum, datus dicitur, quę verba satis manifestè ipsum futurum mansuetum docuerunt: Tum tum princeps pacis dictus fuerit, vt Isa. 9. Dauid Psal. 71. & Iusti in multitudine pacis delectentur; sequitur quod ille vir impius Antichristus, non sit Christus: Gladius enim ad interficiendum Antichristo datus dicitur; Gladius gladius ei datus est, inquit Ezech. d. cap. 21. vt nobis Antichristum bis gladio Christianos percussurũ significaret. Geminatio enim huius dictionis gladius, enixam voluntatem Antichristi ad interficiendos fideles demonstrat. Verba Domini per Ezech. hec sunt; Loquere gladius gladius exacutus est, & limatus vt cędat victimas exacutus est, vt splendeat limatus est; Qui mouces sceptrum filij mei succidisti omne lignum, & dedi eum

ad

ad leuigandum vt teneatur manu, Iste exacutus est gladius: & limatus: vt sit in manu interficientis; Clama, & vlula filij hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel, qui fugerunt gladio traditi sunt cum populo meo, Idcirco plaude super femur tuum, quia probatus est, & hoc cum sceptrum subuerterit, & non erit. Hec dicit Dominus Deus, tu ergo filij hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorũ, Hic est gladius occisionis magnę, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas, in omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cedem: Exacuere vade ad dexteram siue ad sinistram quocunque faciei tuæ est appetitus: His verbis Ezech. Antichristum futurum subuersorem regni filij Dei in terra stragẽq; per eum Christi fidelium duplicandam ostendit; sed ideo dixit Dominus per prophetam: Ac triplicetur gladius, vt maximam potestatem bestiæ, quam nemo auuertere possit, supra fideles ostẽderet; Et cum in solutione secundi sigilli dicatur datus gladius Bestiæ, & in solutione quarti facta magna fidelium interfectio; deprehendatur, vt ex solutione quinti sigilli infertur; propterea per Ezech. Ac triplicetur gladius dictum fuit; quia primo Antichristus contra fideles pugnaturus est belloq; victurus eos, vt Dan. 11. indeq; duas strages ipsorũ facturus. Vel ideo per eum, ac triplicetur gladius dictũ est vt nobis in Antichristi positum arbitrio innueret; quandocunque Christianos affligerẽ voluerit, & interficere; quasi dicat Dominus fac omnia iuxta voluntatem tuam, plaudę super femur tuum, quia omnia tibi prospere cedent. Cum enim dixit Dominus prophetæ percute manu ad manum, duas occisiones continuatis temporibus, vnam post aliam prædixisse videtur. Et duplicãdam fidelium interfectionẽ etiam Hiere. cap. 51. per hec verba testatus est, egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque ani-
 mam

mam suã,ab ira furoris Domini, & ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis auditum qui audietur in terra; & veniet in anno auditio,& post huuc annum auditio,& iniquitas in terra,& dominator supra dominatorem; Quia ꝑ auditu,inquit Ezech.d.cap.21.quia venit, & tabescet omne cor,& dissoluentur vniuerse manus, & infirmabitur omnis spiritus,& per cuncta genua fluent aque; Ecce venit, & fiet: ait Dominus.

Domine in iudicium posuisti eum, & fortem vt corripe: res fundasti eum,supra omnem munitionem ridet comportat aggerem;& capit eam:congregat quasi Arenam captiuitatem;Ipse de Regibus triumphat,& tiranni ridiculi eius sunt:ait in corde suo,in fortitudine manus meę feci,& in sapientia mea intellexi,& abstuli terminos populorũ, & principes eorum depredatus sum,& detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum;& sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt,sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam aperiret os,& ganniret. Veh qui prędaris,nonne & ipse prędaberis, & qui spernis, nonne & ipse sperneris; cum consummaueris depredationem depredaberis,cum fatigatus desieris contemnere cõtemneris; Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te,& eris in rapinam eis, quia tu spoliasti gentes multas,spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint, de populis; Quid tu hic, aut quasi quis hic; quia excidisti tibi sepulcrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet sicut asportatur Gallus Gallinaceus,& quasi amictũ sic subleuabit, coronans coronabit te tribulatione cum exaltaueris quasi Aquila nidum tuum,inde detrahet te, eris in derisum etiam tu,sicut in derisum fuit tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum; In medio incirconcisorum dormies,cum his qui descendunt ad fundamenta laci; Nũquid

dicens

dicens loqueris Deus ego sum, coram interficientibus te, cum sis homo, & non Deus, in manu occidentium te; qui dicis in cęlum conscendam super Astra Dei exaltabo solium meum; sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, & similis ero Altissimo: Ad infernum detraheris, ad profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur, parabolam ęnigmatum tuorum dicent; Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem; omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua, tu autem proijcieris de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descendunt ad fundamenta laci; Quasi cadauer putridum non habebis consortiũ, neq; cum eis in sepultura; Nunquid iuxta plagas tuas, percutieris, aut sicut occidisti interfectos eius occideris; Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes biberunt; Et tu quasi innocens relinqueris? Non eris Innocens, sed bibens bibes: Arrogantia tua, & superbia cordis tui decepit te. Arrogãtia tua, & superbia tua plusquam fortitudo tua; non est iuxta eam virtus tua; nec iuxta quod poteras conatus es facere; Nunquid gloriabitur securis contra eum qui seccat in ea, aut exaltabitur Serra contra eum a quo trahitur; Qui in sanguine commeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis, nunquid terram hęreditate possidebitis. Stetistis in gladiis vestris, fecistis abhominationes, et vnusquisque vxorem proximi sui polluit, & terram hęreditate possidebitis?

DEus quis similis tibi, ne taceas, neque compescaris Deus; excita potentiam tuam, & veni; exaltare qui iudicas terram; redde retributionem superbis.

Suscita arcum, accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, memorare iustitiæ tuæ solius;

Leua manus tuas in superbias inimicorum tuorum; Dextera

ra tua inueniat omnes qui te oderunt.
Induere fortitudinem, Consurge sicut in diebus antiquis, saluum fac populum tuum, & benedic hereditati tuæ.
Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.
Quoniam venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt tabernaculum nominis tui, quoniam inimici tui sonuerunt, & extulerunt caput.
Populum tuum humiliauerunt, hæreditatem tuam vexauerunt, super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt, intenderunt arcum suũ rem amaram:
Posuerunt in cęlum os suum, moliti sunt sermones super oleum, firmauerunt sibi sermonem nequam:
Narrauerunt vt absconderent laqueos dixerunt quis videbit eos, scrutati sunt iniquitates; quanta malignatus est inimicus in sancto;
Altaria tua Domine suffoderunt, altaria tua Domine virtutum, rex noster, & Deus noster;
Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo:
Vsquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur, loquentur iniquitatem;
Vsquequo cibabis populum tuum pane lacrimarũ, potum dabis eis in lacrimis in mensura:
Vsquequo irruitis in homines, interficitis vniuersi vos tanquam parieti inclinato, & macerie depulsæ.
Vidisti Domine ne sileas, accẽdatur velut ignis zelus tuus, & furor iræ tuæ comprehendat eos;
Intende ad visitandas omnes gentes, tempus faciendi dissipauerunt legem tuam:
Pręcipita, & diuide linguas eorum, appone iniquitatem super iniquitatẽ ipsorũ, & cõprehendantur in supbia sua.

Secun-

Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine:

Deduc eos in puteum interitus; descendant in infernũ viuentes, non miserearis omnibus operantibus iniquitatẽ.

Pretende misericordiam tuam sitientibus te; Iustitiã tuam his qui recto sunt corde;

A resistentibus dexteræ tuæ, custodi eos, vt pupillam oculi à facie impiorum, à facie tribulantis

Muta fiant labia dolosa, quam loquuntur aduersus Iustum iniquitatem in superbia, & in abusione.

Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum

Subito anticipent eos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sunt nimis

Memor esto opprobrij seruorum tuorum, multarum gentium; quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobauerunt cõmutationem Christi tui;

Memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die;

Redde inimicis tuis septuplum, & exaltentur cornua Iusti.

Plorabo tibi vinea sabama, Propagines tuæ transierunt mare vsque ad mare Iazer peruenerunt, super messem tuam & vindemiam tuam predo irruit; Quoniam periit sacrificium, & libatio de domo domini; Quoniam depopulata est regio, luxit humus, quoniam deuastatum est triticum confusum est vinum, elanguit oleum, confusi sunt Agricolæ; Vlulauerunt vinitores super frumẽto, & ordeo; Quia periit messis agri; quia captus est grex domini; Vinea confusa est, & ficus elanguit, Malogranatum & palma & malum; & omnia ligna Agri aruerunt, quia confusum est gaudium a filiis hominum; sed & greges pecorum dispererunt; Accingite vos, & plangite sacerdotes; vlulate ministri altaris; Ingredimini cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interiit de domo Dei lætitia & exultatio, sacrificium

crificium & libatio: Ite Angeli veloces ad gentem conuul ſam & dilaceratam, ad populum terribilem poſtquem nō eſt alius; ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius dirripuerunt flumina terram eius. Occurrētes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti, a facie enim gladij fugerunt, a facie gladij imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prelij, Conſurge Induere fortitudinem brachium Domini, Conſurge ſicut in diebus antiquis; Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum vulneraſti draconem; Nunquid non tu ſiccaſti mare aquam abyſſi vehementis, qui poſuiſti profundum maris, viam, vt tranſirent liberati. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leenis ſuis, & impleuit præda ſpeluncas ſuas & cubile ſuum rapina, Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris; Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorāte impio iuſtiorem ſe, & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens Principem; Totum in hamo ſubleuauit traxit illud in ſagenam ſuam, & congregauit in rete ſuū ſuper hoc lætatur & exultat; propterea immolat ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo, quia in ipſo incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus; Propter hoc expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non ceſſat; Leuiores pardis equi eius; velociores lupis veſpertinis; volant quaſi Aquila feſtinans ad comedendum, Quaſi mane expanſum populus multus, & fortis, ſimilis ei non fuit a principio, & poſt eum non erit vſque in annos generationis, & generationis; Ante faciem eius ignis vorans; & poſt cū exurens flamma; Quaſi ortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti; neque eſt qui effugiat eum; Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum; & quaſi equites ſic current; Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient; ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam; Velut populus fortis præparatus ad prelium, ſicut for-

tes currunt; Quasi viri bellatores ascendunt murum, vrbem ingrediuntur, in muro currunt, domos conscendunt per fenestras intrant quasi fur; Quasi nihilum possederunt populum tuum sanctum Domine, Hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam; facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, neque inuocaret nomen tuum super nos: Non est Deus in conspectu eorum, inquinate sunt viæ eorum in omni tempore; Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum vt decipiāt inopem & pauperem; Parauerunt sagittas suas in Pharetra vt sagitent in ocultis immaculatum, vt trucident rectos corde. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerūt flumina vocem suā; Elauauerunt flumina fluctus suos, a vocibus aquarum multarum; Mirabiles elationes maris.

EXurge Deus, & dissipentur inimici tui, fugiant a facie Dei, qui oderunt eum;

Vt quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus, super oues pascuæ tuæ.

Vt quid auuertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem.

Vt quid Domine recessisti longe despicis in oportunitatibus in tribulatione.

Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehendū tur in consilijs quibus cogitant.

Vsquequo improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum;

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorū qui te oderunt ascendit semper.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento

Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Absconde eos in abscondito faciei tuæ, a conturbatione hominum.

Protege eos in abſcondito tabernaculi tui, à contradictio
ne linguarum.
Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt introeat
in conſpectu tuo.
Sanguis enim eorum ſupra limpidiſſimam petram effuſus
eſt, non eſt opertus puluere.
Effuderunt ſanguinem eorum tamquam aquam in circui-
tu Hieruſalē, catuli leonū rugiētes vt quærant eſcā ſibi.
Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus
cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ.
Confringe capita draconis, memor eſto huius inimicus,
improperauit Domino, & populus inſipiens incitauit
nomen tuum.
Quoniam reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in
vnum; aduerſus Dominum, aduerſus Chriſtum tuum.
Qm̄ quæ perfeciſti deſtruxerunt, iuſtus autem quid fecit.
Domine Deus virtutum conuertere, & vide, & viſita vi-
neam iſtam.
Exterminauit eam Aper de ſilua, & ſingularis ferus depa-
ſtus eſt eam.
Ad quid vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur
viam, diruunt macerias eius, & omnes ſepes eius.
Aufer opprobrium eius de vniuerſa terra, quia in te ſpera-
uit & credidit, quia tempus miſerendi eius quoniam ve
nit tempus.
Introduc eos in ſanctuarium tuum Domine, quod firma-
uerunt manus tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo quod ope
ratus es Domine.
Surge Deus iudica cauſam tuam, iudica terram, quia tu hę
reditabis in omnibus gentibus; te expectant Iuſti, do-
nec retribuas eis.
Expectant te qui timent te, qui nouerunt nomen tuum,
qui diligunt ſalutare tuum.
Cum feceris iuditia tua in terra, iuſtitiā diſcent habita-

tores orbis.

Et scient quia Deus dominabitur Iacob,& finium terræ.

Omnes sententiæ antecedentes, ex diuersis locis prophetarum sumptæ sunt, sicut et quæ sequentur.

Et vidi inquit D. Ioannes, cum aperuisset sigillum sextũ & ecce terræmotus magnus factus est; Et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus, & luna facta est sicut sanguis & stellæ ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum a vento magno mouetur, & cęlum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons, & Insulæ de locis suis mote sunt; & reges terre, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus, & petris cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni; Quoniã venit dies magnus ire ipsorũ: Et quis poterit stare.

Nunc indutus est Dominus iustitia vt lorica, & Galeà salutis in capite eius, indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi palio zeli, sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis insulis vicem reddet. Nunc egressus est in salutẽ populi sui, egressus in salutem cum Christo suo; Et vasa furoris eius vt disperdat omnem terram, Quoniam vltio Domini est, vltio templi sui; Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ; & terrorem brachij sui ostendet, in cõminatione furoris, & flamma ignis deuorantis allidet. in turbine, & in lapide grandinis; a voce enim Domini pauebit Assur virga percussus; Et erit transitus virgę fundatus quam requiescere faciet Dominus super eum; In tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos, Pręparata est enim ab heri tophet a rege præparata profunda, & dilatata, Nutrimenta eius ignis, & ligna multa flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendens eam.

Noto per solutionem sexti sigilli, inferri diem ire Dei;

Per diem autem ire Dei iudicium, per iudicium; consummationem huius seculi; Aperietur igitur sextum sigillum, sexto declarabuntur scripturæ, cum Deus & Agnus ad iudicandum venerint; Quod autem dies ire Dei sit futurus in consummatione huius seculi, Probant D. Math. cap. 24. & Ezech. 38. Tunc enim obscurabitur sol, & stellæ cadent de cęlo; & cęlorum virtutes mouebuntur; Concordat cum hoc textu Isaias cap. 2. ibi, Dies Domini exercituum; super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes cedros libani; sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum; & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulcrum est; & incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa, & Idola penitus conterentur, & introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram, In die illa proijciet homo idola argenti sui; & simulacra auri sui; quæ fecerat sibi vt adoraret talpas, & vespertiliones, & ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram: concordat etiam Ezech. d. cap. 38. In die illa, in die aduentus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus ascendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo, & in igne ire meæ locutus sum; quia in die illa erit commotio magna super terram Israel; Et commouebuntur a facie mea pisces maris, & volucres cęli, & bestiæ Agri; & omne reptile quod mouetur super humum; Cunctiq; homines qui sunt super faciem terræ, & subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram, In die illa visitabit Dominus, in gladio suo duro, grandi & forti, super leuiatham serpentem

vectem,

vectem,& super leuiatham serpentem tortuosum; Et occi-
det cetum que in mari est; In die illa cessabit exactor quie-
scet tributum conteret Dominus baculum impiorum, vir-
gam dominantium, cedentem populos in indignatione,
plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequen
tem crudeliter: Magnus enim dies Domini, & terribilis val
de, & quis sustinebit eum; quis poterit cogitare diem aduē
tus eius; Et quis stabit ad videndum eum: dies enim Domi-
ni veniet crudelis, & indignationis plenus, & ire furorisque
ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius cō-
terendos de terra; Quoniam stelle Celi, & splendor earum,
non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu
suo; & luna non splendebit in lumine suo; Iuxta est dies Do
mini in valle concisionis, sol & luna obtenebrati sunt, &
stellę retraxerint splendorem suum; Et Dominus de Syon
Rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & mouebun-
tur cæli, & terra, quia dies Domini quasi vastitas a potente
veniet, Dominus sicut fortis egredietur; sicut vir præliator
suscitabit zelum; vociferabitur, & clamabit, super inimicos
suos confortabitur; Ante faciem enim indignationis tuæ
quis stabit; & quis resistet in ira furoris tui, Multa enim ni-
mis sunt castra tua, & fortia facientia verbum tuum; Mane
iudicium dabis, & non abscondetur, nesciuit autē iniquus
confusionem; Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus
dexter eius tenebrescens obscurabitur
Abscindetur cornu Moab, & brachium eius conteretur,
quoniam contra Dominum erectum est; Et eleuabit Do-
minus signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de
finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet, non est de-
ficiens neque laborans in eo; non dormitabit neque dor-
miet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rompetur
corrigia calceamenti eius; Sagite eius acute, & omnes ar-
cus eius extenti; Vngule equorum eius vt silex, & rote
eius, quasi impetus tempestatis; Rugitus eius vt leonis, Ru-

giet,

giet, vt catuli leonum, & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat; Ardens furor eius & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius, quasi ignis deuorans; Spiritus eius velut torrens inondans vsque ad medium colli; ad perdendum gentes in nihilum: & timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam eius, cum venerit quasi fluuius violentus quem spiritus Domini cogit; Sol & Luna steterunt in habitaculo suo in luce sagitarum tuarum ibunt, In splendore fulgurantis hastæ tuæ: In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies gentes, In spiritu vehementi conteres naues Tharsis; Percusisti caput de domo impij, Denudasti fundamentum vsque ad collum; maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum nos; Interficies eos, & dabis eos in occisionem, interfecti eorum proicientur de cadauetibus illorum ascendet fetor; Tabescent montes a sanguine eorum, & tabescet omnis militia cœlorum; Et complicabuntur sicut liber cæli, & omnis militia eorum defluet, sicut defluit foliū de vinea; & de ficu: & conuocabo aduersus eū in cunctis montibus meis gladium ait Dñs Deus, Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur, & iudicabo eum peste, & sanguine & imbre vehementi, & lapidibus immensis; Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo; & magnificabor & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium; & scient quia ego Dominus. Iudicium meum, vt cōgregem gentes, & colligam regna; & effundam super eos indignationem meam; in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

CVm exurgeret in iudiciū Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. De cęlo auditum fecit iudiciū suum, terra tremuit, & quieuit.

Con-

Contremuit terra fundamenta montium conturbata sunt, commota sunt quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.

Inclinauit cęlos & descendit, caligo sub pedibus eius, in circuitu eius tempestas valida.

Tu terribilis es, quis resistet tibi ex tunc ira tua;

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos a signis tuis.

Ab increpatione tua Deus, dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.

Incensa igni & suffosa ab increpatione vultus tui peribũt.

In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies gẽtes, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Intende arcum tuum donec infirmentur, etenim sagite tue transeunt.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos, emitte sagitas tuas, & conturbabis eos.

Sagite tue acute, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.

Sicut deficit fumus deficiant; sicut fluit cera a facie ignis.

Plue super peccatores laqueos; ignis, & sulphur pars calicis eorum.

Omnes principes eorum qui dixerunt hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

Et gloriati sunt in medio solemnitatis tuæ;

Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum,

Quasi in silua lignorum securibus exciderunt Ianuas eius;

In idipsum, in securi, & Ascia deiecerunt eam;

Incen-

Incenderunt igni sanctuarium tuum, polluerunt tabernaculum nominis tui;
Super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentū disposuerunt.
Populum tuum humiliauerunt, hæreditatem tuam vexauerunt:
Domine a paucis de terra diuide eos, in vita eorum de absconditis tuis adimpletus est venter eorum:
Fiant tamquam puluis ante faciem venti; & Angelus Domini coarctans eos.
Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.
Deus meus pone eos, vt clibanum ignis, in tempore vultus tui.
Pone eos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut cera quę fluit auferantur, cadat super eos ignis, & nō videant solem.
Erubescant impii, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa.
Contere dentes in ore ipsorum, & molas leonum confringe.
Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, quem confirmasti tibi.
Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & nomen tuum non inuocauerunt;
Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua, iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.
Exaltare super cęlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

Consequenter secundum, tertium, quartum, & quintū sigillum in nouissimis diebus soluendum esse existimo; quo-

quoniam clarum est quod ante iudicium Dei ascendet Antichristus, implebunturq; omnia opera eius mala, de quibus prophetæ locuti sunt; cum per solutionem sexti sigilli veniat dies iræ Dei magnus, id est iudicium; Etsi diceret aliquis quare per solutionem secundi, tertij, quartiq; sigilli, non possumus, siue non debemus de alia persona & causis, præterquam de Antichristo sentire, sic opponenti responderem, Quis est iste quem præponam ei in superbia, & in abusione; etsi enim de multis, qui grauiter afflicturi erāt Ecclesiam prophetæ dixerint; inter quos Dauid psalm. 79. & 88. tamen de illis sicco pede transierunt; At de bestia quæ in fine dierum ventura est; omnes vsque ad cęlum clamauerunt, propterquod de potentiori, grauioriq; persona & persecutore Ecclesiæ interpretatio, fieri potest.

Rursum si interrogaret aliquis quare per sedentem super equum rufum, & nigrum primam bestiam interpretaris, cum solutio duorum sigillorum diuersitatem personarum & causarum inferre videatur. Præterea si vna tantum essent persona diuersa nomina non haberent, ergo talis interpretatio probata non videtur. Breuiter ista conclusio iudicio meo videtur falsa, Aduertat humanissimus lector; Nam sicut Christus habet multa nomina, quibus quanta sit maiestas diuinitatis eius, ostenditur; Econtra Antichristus a prophetis diuersis nominibus infamibus, conuenientibus operibus eius rei ipse consequentibus, vocatus fuit; Quorum diuersitatem lector in Apocalipsi & prophetis, videri poterit; Quamobrem propter diuersitatem nominū, alia interpretatio facienda non videtur.

Sed quid per nomen intelligendum sit, videamus; Et primum Apostolus per nomen intelligendam esse dignitatem docet, ibi; Et dedit illi nomen quod est supra omne nomen celestium, idest dignitatem & potestatem quæ est supra omne nomen, supra omnem dignitatem & pote-

ftatem; Et Dauid cum de gentibus inimicis Ecclesiæ, loqueretur, vt dignitates & potestates ipsarum transitorias, caderéq; debere, declararet Psal. 98. Ait vocauerunt nomina sua in terris suis, propter quod etiam dixit, Increpasti gentes perijt impius nomẽ eorũ delesti ĩ æternũ, & in sęculũ seculi; si nomina in terra dignitates & potestates sunt; prout Ducatus, marchionatus, principatus, & regnũ vt ex illis verbis vocauerunt nomina sua in terris suis; sequitur; difficilem intellectum illorum verborum D. Ioannis quæ habentur Apoca. cap. 13. non reputabo; ibi. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & seruos, habere charactherem in dextra manu sua, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere aut vẽdere nisi qui habeat charactherem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius; hic sapientia est, qui habet intellectum computet numerum bestiæ, Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex: Nam si per nomen authoritas, dignitas & potestas, quam multi in terra; habere solent intelligitur. Cum Antichristus sibi omnem terram vt Apoca. 13. & passim in prophetis subiecturus sit: difficile intelligere non erit, qđ sexcenta & sexaginta sex nomina habiturus sit. Id est sexcentum, & sexaginta sex dignitates, & potestates super terram; si numerus nominum eius, numerus hominis est; ergo numerus dignitatum, & potestatum quas solent habere homines, super terram futurus est. Et sic per nomen Antichristi titulus dignitatis, & potestatis eius intelligendus est: similiter per nomina ipsius tituli & dignitates, & gradus; qui sæpenumero ab Imperatoribus, regibus, principibus in edictis, statutis, priuilegijs, inuestituris, & legibus recenseri solent intelligẽdi sunt. Qua de re si nemo emere aut vendere poterit, nisi qui nomen, aut numerum nominis Antichristi habeat; sequitur quod nemo empturus aut venditurus sit, nisi priuilegium authoritatem, & potestatem ab Antichristo in scriptis, vel

signum

ſignum eius, habiturus ſit.

Non abſurdum igitur videbitur ſi per ſedentem in equo Rufo, Nigro, & pallido primam beſtiam interpretabimur, cum in iniuſtitia dolis, & fraude dominari debeat, diuerſaque nomina habitura ſit; Et ſicut ex ſolutione quarti; & quinti ſigilli infertur prima beſtia, vel ſecunda, iuxta ea quę ſupra retuli, vna & eadem perſona; dato quod de duorum ſigillorum ſolutione actum ſit; Similiter per ſolutionem ſecundi & tertij ſigilli inferendę diuerſe perſone non ſunt: ſed tantum diuerſi effectus, & opera mala Antichriſti, qui magis propter illa cognoſcetur; quæ ratio verior, videtur cum in ſolutione quinti ſigilli, mentio de aliqua perſona non fiat; ſed eadem reputetur de qua textus in ſolutione quarti ſigilli loquit. Vnde cum per ſedétem ſuper equum rufum Antichriſtus intelligi debeat; etiam per ſedentem ſuper equum album Chriſtum interpretabor: cum de cęlo, vt in iuſtitia pugnaret contra Draconem egreſſus fuerit, vt hoc cap. 5. & Apoca. 12. contraria enim contrariis elucceſcunt; tum cum a morte ipſius, ſemper vincens Draconem vſque ad aduentum beſtiæ exierit, & exeat; In diebusque beſtiæ venturus ſit vincens illam; ſuper eum corona Ciuitatis noue, & ſanctæ Hieruſalem coronandus.

Venio ad textum ſolutionis ſexti ſigilli; pro cuius expeditione hanc quæſtionem propono, Supradixi quod dies ire Dei magnus erit cum vincetur beſtia in ſolutione ſexti ſigilli; vel vt clarius loquar ſolutionem ſexti ſigilli futuram cum iudicabit Dominus, Si Apoca. cap. 17. legitur, qđ dies ire Dei magnus erit cum vincetur beſtia, & exercitus eius; Beſtia autem vincenda eſt cum ſeptem Angeli tuba cecinerint, vt Apoca. 10. quia tunc conſummabitur miſteriũ Dei, quod euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas; quæ tube leguntur date poſt ſolutionem ſeptimi ſigilli, vt Apoca. c. 8. Quomodo videntur hec poſſe conuenire, quod dies ire Dei magnus ſit futurus in ſolutione ſexti, & ſeptimi ſigilli

crificium & libatio: Ite Angeli veloces ad gentem conuul
ſam & dilaceratam, ad populum terribilem poſtquem nō
eſt alius; ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius
dirripuerūnt flumina terram eius. Occurrētes ſitienti ferte
aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occur-
rite fugienti, a facie enim gladij fugerunt, a facie gladij im
minentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prelij, Con-
ſurge Induere fortitudinem brachium Domini, Conſurge
ſicut in diebus antiquis; Nunquid non tu percuſſiſti ſuper
bum vulneraſti draconem; Nunquid non tu ſiccaſti mare
aquam abyſſi vehementis, qui poſuiſti profundum maris,
viam, vt tranſirent liberati. Leo cepit ſufficienter catulis
ſuis, & necauit leenis ſuis, & impleuit præda ſpeluncas
ſuas & cubile ſuum rapina, Mundi ſunt oculi tui ne videas
malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris; Quare
non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorāte impio
iuſtiorem ſe, & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi
reptile non habens Principem; Totum in hamo ſubleua-
uit traxit illud in ſagenam ſuam, & congregauit in rete ſuū
ſuper hoc lætatur & exultat, propterea immolat ſagenæ
ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo, quia in ipſo incraſſata eſt pars
eius, & cibus eius electus; Propter hoc expandit ſage-
nam ſuam, & ſemper interficere gentes non ceſſat; Leuio
res pardis equi eius; velociores lupis veſpertinis; volent
quaſi Aquila feſtinans ad comedendum, Quaſi mane ex-
panſum populus multus, & fortis, ſimilis ei non fuit a prin
cipio, & poſt eum non erit vſque in annos generationis,
& generationis; Ante faciem eius ignis vorans; & poſt eū
exurens flamma; Quaſi ortus voluptatis terra coram eo,
& poſt eum ſolitudo deſerti; neque eſt qui effugiat eum;
Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum; & quaſi equites
ſic current; Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita mon-
tium exilient, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipu-
lam; Velut populus fortis præparatus ad prelium, ſicut for-
tes

tes currunt; Quasi viri bellatores ascendunt murum, vrbem ingrediuntur, in muro currunt, domos conscendunt per fenestras intrant quasi fur; Quasi nihilum possederunt populum tuum sanctum Domine, Hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam; facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, neque inuocaret nomen tuum super nos: Non est Deus in conspectu eorum, inquinate sunt viæ eorum in omni tempore; Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum vt decipiāt inopem & pauperem; Parauerunt sagittas suas in Pharetra vt sagitent in occultis immaculatum, vt trucident rectos corde. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerūt flumina vocem suā; Elauauerunt flumina fluctus suos, a vocibus aquarum multarum; Mirabiles elationes maris.

EXurge Deus, & dissipentur inimici tui, fugiant a facie Dei, qui oderunt eum;

Vt quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus, super oues pascuæ tuæ.

Vt quid auuertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem.

Vt quid Domine recessisti longe despicis in oportunitatibus in tribulatione.

Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehendūtur in consilijs quibus cogitant.

Vsquequo improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum;

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorū qui te oderunt ascendit semper.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento

Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Absconde eos in abscondito faciei tuæ, a conturbatione hominum.

Protege eos in abſcondito tabernaculi tui, à contradictione linguarum.
Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt introeat in conſpectu tuo.
Sanguis enim eorum ſupra limpidiſſimam petram effuſus eſt; non eſt opertus puluere.
Effuderunt ſanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Hieruſalē, catuli leonū rugiētes vt quærant eſcā ſibi.
Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ.
Confringe capita draconis, memor eſto huius inimicus, improperauit Domino, & populus inſipiens incitauit nomen tuum.
Quoniam reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in vnum; aduerſus Dominum, aduerſus Chriſtum tuum.
Q̄m quæ perfeciſti deſtruxerunt, iuſtus autem quid fecit.
Domine Deus virtutum conuertere, & vide, & viſita vineam iſtam.
Exterminauit eam Aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
Ad quid vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam, diruunt macerias eius, & omnes ſepes eius.
Aufer opprobrium eius de vniuerſa terra; quia in te ſperauit & credidit, quia tempus miſerendi eius quoniam venit tempus.
Introduc eos in ſanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es Domine.
Surge Deus iudica cauſam tuam, iudica terram, quia tu hęreditabis in omnibus gentibus; te expectant Iuſti, donec retribuas eis.
Expectant te qui timent te, qui nouerunt nomen tuum, qui diligunt ſalutare tuum.
Cum feceris iuditia tua in terra, iuſtitiā diſcent habita-

tores orbis.
Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.

Omnes sententiæ antecedentes, ex diuersis locis prophetarum sumptæ sunt, sicut et quæ sequentur.

Et vidi inquit D. Ioannes, cum aperuisset sigillum sextũ & ecce terræmotus magnus factus est; Et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus, & luna facta est sicut sanguis & stellæ ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum a vento magno mouetur, & cęlum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons, & Insulæ de locis suis motæ sunt; & reges terre, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus, & petris cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni; Quoniã venit dies magnus iræ ipsorũ: Et quis poterit stare.

Nunc indutus est Dominus iustitia vt lorica, & Galea salutis in capite eius, indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi palio zeli, sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis insulis vicem reddet. Nunc egressus est in salutẽ populi sui, egressus in salutem cum Christo suo; Et vasa furoris eius vt disperdat omnem terram, Quoniam vltio Domini est, vltio templi sui; Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ; & terrorem brachij sui ostendet, in cõminatione furoris, & flamma ignis deuorantis allidet in turbine, & in lapide grandinis; a voce enim Domini pauebit Assur virga percussus; Et erit transitus virgę fundatus quam requiescere faciet Dominus super eum; In tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos, Pręparata est enim ab heri tophet a rege præparata profunda, & dilatata, Nutrimenta eius ignis, & ligna multa flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendens eam.

Noto per solutionem sexti sigilli, inferri diem iræ Dei;

Per diem autem ire Dei iudicium, per iudicium; consummationem huius seculi; Aperietur igitur sextum sigillum, sexto declarabuntur scripturæ, cum Deus & Agnus ad iudicandum venerint; Quod autem dies ire Dei sit futurus in consummatione huius seculi, Probant D.Math.cap.24. & Ezech.38. Tunc enim obscurabitur sol, & stellæ cadent de cęlo; & cęlorum virtutes mouebuntur; Concordat cum hoc textu Isaias cap.2.ibi, Dies Domini exercituum; super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes cedros libani; sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum; & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulcrum est; & incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa, & Idola penitus conterentur, & introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram, In die illa proijciet homo idola argenti sui; & simulacra auri sui; quæ fecerat sibi vt adoraret talpas, & vespertiliones, & ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram; concordat etiam Ezech.d.cap.38. In die illa, in die aduentus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus ascendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo, & in igne ire meæ locutus sum; quia in die illa erit commotio magna super terram Israel; Et commouebuntur a facie mea pisces maris, & volucres cęli, & bestiæ Agri; & omne reptile quod mouetur super humum; Cunctiq; homines qui sunt super faciem terræ, & subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram, In die illa visitabit Dominus, in gladio suo duro, grandi & forti, super leuiatham serpentem

vectem,

vectem,& super leuiatham serpentem tortuosum; Et occi-
det cetum que in mari est; In die illa cessabit exactor quie-
scet tributum conteret Dominus bacculum impiorum, vir-
gam dominantium, cedentem populos in indignatione,
plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequen
tem crudeliter: Magnus enim dies Domini, & terribilis val
de, & quis sustinebit eum; quis poterit cogitare diem aduē
tus eius; Et quis stabit ad videndum eum: dies enim Domi-
ni veniet crudelis, & indignationis plenus, & ire furorisque
ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius cō-
terendos de terra; Quoniam stelle Celi, & splendor earum,
non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu
suo; & luna non splendebit in lumine suo; Iuxta est dies Do
mini in valle concisionis, sol & luna obtenebrati sunt, &
stellę retraxerint splendorem suum; Et Dominus de Syon
Rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & mouebun-
tur cæli, & terra, quia dies Domini quasi vastitas a potente
veniet, Dominus sicut fortis egredietur; sicut vir præliator
suscitabit zelum; vociferabitur, & clamabit, super inimicos
suos confortabitur; Ante faciem enim indignationis tuæ
quis stabit; & quis resistet in ira furoris tui, Multa enim ni-
mis sunt castra tua, & fortia facientia verbum tuum; Mane
iudicium dabis, & non abscondetur, nesciuit autē iniquus
confusionem; Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus
dexter eius tenebrescens obscurabitur, eius & super populu
Abscindentur cornu Moab, & brachium eius contereturi;
quoniam contra Dominum erectum est; Et eleuabit Do-
minus signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de
finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet, non est de-
ficiens neque laborans in eo; non dormitabit neque dor-
miet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rompetur
corrigia calceamenti eius; Sagite eius acute, & omnes ar-
cus eius extenti; Vngule equorum eius vt silex, & rote
eius, quasi impetus tempestatis; Rugitus eius vt leonis, Ru-

giet,

giet, vt catuli leonum; & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur & non erit qui eruat; Ardens furor eius & grauis ad portandum, labia eius replera sunt indignatione, & lingua eius, quasi ignis deuorans; Spiritus eius velut tor rens inondans vsque ad medium colli; ad perdendum gen tes in nihilum: & timebunt qui ab occidente nomen Domi ni, & qui ab ortu solis gloriam eius, cum venerit quasi fluuius violentus quem spiritus Domini cogit; Sol & Luna steterunt in habitaculo suo in luce sagitarum tuarum ibunt, In splendore fulgurantis hastæ tuæ: In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies gentes, In spiritu vehementi conteres naues Tharsis; Percusisti caput de domo impij, Denudasti fundamentum vsque ad collum; maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum nos; Interficies eos, & dabis eos in occisionem, interfecti eorum proiicientur de cadaueribus illorum ascendet fetor; Tabescent montes a sanguine eorum, & tabescet omnis militia celorum; Et complicabuntur sicut liber cæli, & omnis militia eorum defluet, sicut defluit foliũ de vinea; & de ficu: & conuocabo aduersus eũ in cunctis montibus meis gladium ait Dñs Deus, Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur, & iudicabo eum peste, & sanguine & imbre vehementi, & lapidibus immensis; Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo; & magnificabor & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gẽtium; & scient quia ego Dominus. Iudicium meum, vt cõgregem gentes, & colligam regna, & effundam super eos indignationem meam in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

CVm exurgeret in iudiciũ Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. De cęlo auditum fecit iudiciũ suum, terra tremuit, & quieuit.

Con-

Contremuit terra fundamenta montium conturbata sunt, commota sunt quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.

Inclinauit cęlos & descendit, caligo sub pedibus eius, in circuitu eius tempestas valida.

Tu terribilis es, quis resistet tibi ex tunc ira tua;

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos a signis tuis.

Ab increpatione tua Deus, dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.

Incensa igni & suffosa ab increpatione vultus tui peribũt,

In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies gẽtes, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Intende arcum tuum donec infirmentur, etenim sagite tue transeunt.

Fulgura corruscationem, & dissipabis eos, emitte sagitas tuas, & conturbabis eos.

Sagite tue acute, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.

Sicut deficit fumus deficiant; sicut fluit cera a facie ignis.

Plue super peccatores laqueos; ignis, & sulphur pars calicis eorum.

Omnes principes eorum qui dixerunt hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

Et gloriati sunt in medio solemnitatis tuæ;

Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum,

Quasi in silua lignorum securibus exciderunt Ianuas eius;

In idipsum, in securi, & Ascia deiecerunt eam;

Incen-

Incenderunt igni ſanctuarium tuum, polluerunt tabernaculum nominis tui;
Super populum tuum malignauerunt conſilium, cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.
Cogitauerunt vnanimiter, ſimul aduerſum te teſtamentũ diſpoſuerunt.
Populum tuum humiliauerunt, hæreditatem tuam vexauerunt:
Domine a paucis de terra diuide eos, in vita eorum de ab ſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.
Fiant tamquam puluis ante faciem venti; & Angelus Domini coarctans eos.
Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.
Deus meus pone eos, vt clibanum ignis, in tempore vultus tui.
Pone eos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.
Sicut cera quę fluit auferantur, cadat ſuper eos ignis, & nõ videant ſolem.
Erubeſcant impii, & deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa.
Contere dentes in ore ipſorum, & molas leonum confringe.
Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, quem confirmaſti tibi.
Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & nomen tuum non inuocauerunt;
Quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua, iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.
Exaltare ſuper cęlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.

Conſequenter ſecundum, tertium, quartum, & quintũ ſigillum in nouiſſimis diebus ſoluendum eſſe exiſtimo;

quoniam clarum est quod ante iudicium Dei ascendet Antichristus, implebunturq; omnia opera eius mala, de quibus prophetæ locuti sunt; cum per solutionem sexti sigilli veniat dies iræ Dei magnus, id est iudicium; Etsi diceret aliquis quare per solutionem secundi, tertij, quartiq; sigilli, non possumus, siue non debemus de alia persona & causis, præterquam de Antichristo sentire, sic opponenti responderem, Quis est iste quem præponam ei in superbia, & in abusione; etsi enim de multis, qui grauiter afflicturi erãt Ecclesiam prophetæ dixerint; inter quos Dauid psalm. 79. & 88. tamen de illis sicco pede transierunt; At de bestia quæ in fine dierum ventura est; omnes vsque ad cęlum clamauerunt, propterquod de potentiori, grauioriq; persona & persecutore Ecclesiæ interpretatio, fieri potest.

Rursum si interrogaret aliquis quare per sedentem super equum rufum, & nigrum primam bestiam interpretaris, cum solutio duorum sigillorum diuersitatem personarum & causarum inferre videatur. Præterea si vna tantum essent persona diuersa nomina non haberent, ergo talis interpretatio probata non videtur. Breuiter ista conclusio iudicio meo videtur falsa, Aduertat humanissimus lector; Nam sicut Christus habet multa nomina, quibus quanta sit maiestas diuinitatis eius, ostenditur; Econtra Antichristus a prophetis diuersis nominibus infamibus, conuenientibus operibus eius rei ipse consequentibus, vocatus fuit; Quorum diuersitatem lector in Apocalipsi & prophetis, videri poterit; Quamobrem propter diuersitatem nominũ, alia interpretatio facienda non videtur.

Sed quid per nomen intelligendum sit, videamus; Et primum Apostolus per nomen intelligendam esse dignitatem docet, ibi; Et dedit illi nomen quod est supra omne nomen celestium, idest dignitatem & potestatem quæ est supra omne nomen, supra omnem dignitatem & pote-

 statem

signum eius, habiturus sit.

Non absurdum igitur videbitur si per sedentem in equo Rufo, Nigro, & pallido primam bestiam interpretabimur, cum in iniustitia dolis, & fraude dominari debeat, diuersaque nomina habitura sit; Et sicut ex solutione quarti; & quinti sigilli infertur prima bestia, vel secunda, iuxta ea quę supra retuli, vna & eadem persona; dato quod de duorum sigillorum solutione actum sit; Similiter per solutionem secundi & tertij sigilli inferendę diuersę personę non sunt: sed tantum diuersi effectus, & opera mala Antichristi; qui magis propter illa cognoscetur; quæ ratio verior, videtur cum in solutione quinti sigilli, mentio de aliqua persona non fiat; sed eadem reputetur de qua textus in solutione quarti sigilli loquiť. Vnde cum per sedētem super equum rufum Antichristus intelligi debeat; etiam per sedentem super equum album Christum interpretabor: cum de cęlo, vt in iustitia pugnaret contra Draconem egressus fuerit, vt hoc cap. 5. & Apoca. 12. contraria enim contrariis elucescunt; tum cum a morte ipsius, semper vincens Draconem vsque ad aduentum bestiæ exierit, & exeat; In diebusque bestiæ venturus sit vincens illam; super eum corona Ciuitatis noue, & sanctæ Hierusalem coronandus.

Venio ad textum solutionis sexti sigilli; pro cuius expeditione hanc quæstionem propono, Supradixi quod dies iræ Dei magnus erit cum vincetur bestia in solutione sexti sigilli; vel vt clarius loquar solutionem sexti sigilli futuram cum iudicabit Dominus, Si Apoca. cap. 17. legitur, qđ dies iræ Dei magnus erit cum vincetur bestia, & exercitus eius; Bestia autem vincenda est cum septem Angeli tuba cecinerint, vt Apoca. 10. quia tunc consummabitur misteriū Dei, quod euangelizauit per seruos suos prophetas; quæ tubæ leguntur datæ post solutionem septimi sigilli, vt Apoca. c. 8. Quomodo videntur hec posse conuenire, quod dies iræ Dei magnus sit futurus in solutione sexti, & septimi sigilli

vel post septimum; Nunquid duo iudicia in consummatione huius seculi; nunquid bestia bis vincetur; Et condemnabitur; & si in iudicio Dei non stabit inimicus eius; vt supra vidimus, & habetur in hac solutione sexta; ergo nõ duo iudicia, ne resultare videatur quod in priori bestia, & exercitus eius stare potuerint. Nunquid etiam dicemus vnam & eandem esse solutionem sexti, & septimi sigilli, & duo regna Dei, cum regnum eius post iudicium post deuictam bestiam venturum sit, propter hoc vt magis vis Argumenti innotescat verba textus cap. 8. scribo.

Et cum aperuisset sigillum septimum factum est silẽtium in cœlo; quasi media hora, Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & date sunt illis septem tubę: reliqua verba per se quis videre potest quoniam, non tantum ad quæstionem propositam faciunt.

Pro solutione istius quæstionis considerabam respondendum septem Angelos tuba canituros; septem Phialas effundendas bestiam cum pseudopropheta apprehendendam, eius exercitum occidendum, & consequenter iudiciũ Dei, in solucione sexta futurum; quoniam per silentium de quo in dicto cap. 8. quod in solutione septimi sigilli, factũ fuit regnum Dei, & Christi venisse, omnia in pacem reducta, Christum adoratum fuisse, & consequenter mortẽ bestiæ, diemque ire Dei magnum solutionem septimi sigilli præcessisse intelligo: silentium enim pro cultu iustitiæ Isa. 32. cap. accipiẽdum video, verba Isaie sunt hæc, Et erit desertum in Charmel, & Carmel in saltum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit; & erit opus iustitiæ pax; & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum; si post iudicium quod futurum est in solitudine, Id est, in Iudea quę diu mansit in solitudine, id est deserta; Iustitia erit in Charmel, scilicet si magna erit si eflorebit, si iustitia erit in Charmel, Id est, si Christus qui Psal. 71. & 97. & Isa. 45. & 51. Iustitia Dei dicitur,

in maiestate magna sedebit,si altitudo Throni eius magnificentiaque sicut Carmeli erit, & cultus iustitiæ silentiū, Id est si coletur Christus Dei iustitia in silentio,in pace scilicet,& sine contradictore; ergo per silentium de quo loquitur D.Ioannes,factum regnum Dei,& Agni,Christūq; adoratum fuisse inferendum videtur:Nunquid colimus iustitiam,id est opera iustitiæ nequaquam, sed eum,a quo iustitia,qui ipsa iustitia est.

Si iudicium Domini, super bestiam regnumq; eius, vt Apoca. 10.16.19.& 20. cap. futurum est; Si iudicium in solutione sexti sigilli fututum est: si iusticia & iuditium præparatio sedis Domini dicitur; & sic regni eius, vt psal. 88.Per solutionem septimi sigilli & silentium, ergo Christum adoratum, Regnumq; Dei factum fuisse, non autem quod descendere debeant flagella supra,bestiam, que amplius non est; necessario admittendum putaui.

Tum cū per solutiones sigillorum clarificatio Christi; sequatur: potissimum per solutionem sexti; vtique fortius per solutionem septimi sigilli Christum, magis clarificandum, & declarandas scripturas intetpretari debemus; Et quando magis clarificari Christus, quam cum acceperit regnum poterit: Quæ inquam post solutionem sexti sigilli, declarande,& adimplende scripturæ remanebunt, nisi quæ de regno Dei post deuictam bestiam Christo dando, loquuntur: per septimam igitur solutionem, regnum,& principatum supra humeros Christi factum fuisse, ipsum adorandum fore,dicendum venit.

Neque obstare videtur copula,&, quæ in prin. cap.8. Apocalip. ponitur; que prima facie in solutione septimi sigilli silentium, & flagella Dei, per septem tubas, quæ dicto cap.8.referuntur, copulare videtur. Quia per illa verba, & vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & date sunt illis septem tubæ, cum sequentibus. D. Ioannes declarando,referendoq; visiones visas in cęlo,

procedit; per quas venturus magnus dies ire Dei infertur;
Et ipsius diei indicia & qualitates, non autem coniungendo illas visiones, cum solutione septimi sigilli, & hoc modo intelligendo superius argumentum euitabimus; per quod inferendum videbatur, bis diem ire Dei venturum, secūdò bestiam superandam, & occidendam.

Prædicta hac ratione, confirmari videntur; quia sicut Dominus ab omni opere quod patrarat die septimo, quieuit; pariter per septimi sigilli solutionem, Regnum Dei, & Agni, qđ requies Dei, psal. 14. 94. 131. dicitur; factum fuisse diiudico: Propter quod dicendū silentium in cęlo factum; quia amplius non agebatur de his, que regno Dei & Christi eius repugnabant, existimo; Quid magis regnum Dei, & Christi eius quam pax; & adoratio decorare potest; In die illa orietur abundantia pacis, donec auferatur luna; Tunc fiet in pace locus eius, & habitatio eius in Syon. Tunc adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei: vt Dauid psal. 71. In die illa omnia noua, vt Apoca. cap. 21. faciet Dominus: In die illa ligabitur satan per mille annos, vt non possit seducere gentes, sicut Apoca. cap. 20. scribitur; In die illa adiiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui; quod relinquetř ab Assiri js, & ab Egypto, & a Phethros & ab Etiopia, & ab Elam, & sennar, & ab Emath, & ab insolis maris, & leuabit signum in nationibus, & congregabit profugos Israel; & dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ; sicut in die illa dixit Dominus congrebo claudicantem, & quam eieceram colligam, & quam aflixeram; & ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laborauerat in gentem robustam; Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas seruum meum Dauid & ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum, & faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam be-

stias

ſtias peſſimas de terra: & ſuſcitabo eis germẽ nominatum, & non erunt vltra imminuti famẽ in terra, neque portabũt vltra opprobrium gentium: & ſeruus meus Dauid Rex ſu per eos, & paſtor vnus erit omnium eorum, in iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum, & percutiam illis fœdus pacis pactum ſempiternum erit eis; & fundabo eos & multiplicabo. In die illa nutriet homo vaccã, bouũ, & duas oues & præ vbertate lactis comedet Butirũ, butirũ & mel, mãducabit oĩs homo qui relictus fuerit in medio terræ; In die illa replebit terra ſciẽtia Dñi, ſicut aqua maris operiẽ tis: Tunc effundet ſpiritus de excelſo, tunc cognoſcet Dñs vt Ezech. 38. In die illa inclinabitur homo ad factorẽ ſuũ: In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael; & erit omnis qui relictus fuerit in Syon, & re ſiduus in Hieruſalem, ſanctus vocabitur; omnis qui ſcriptus eſt in vita Hieruſalem: In die illa præcipitabit Dominus mortem in ſempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie: & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra, & dicent in die illa: Ecce Deus noſter iſte, & expectauimus eum, & ſaluauit nos. Iſte Dominus ſuſtinuimus eum, exultabimus & lætabimur in ſalutari eius; in die illa vinea meri cantabit ei; In die illa deferetur munus Domino exercituum; a populo diuulſo, & dilacerato, a populo terribili, poſtquem non fuit alius; a gente expectante, expectãte & conculcata, cuius dirripuerunt flumina terræ eius, ad locum nominis dñi, exercituum montem Syon.

IN Eccleſijs benedicite Domino de fontibus Iſrael, omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terræ,

Afferte filij Dei, afferte Domino gloriam & honorem; afferte gloriam nomini eius.

Sumite

Sumite psalterium iucundum cum cithara; canticum nouũ, carmen Deo nostro, Dominus in æternum nomen illi.
Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, iudicauit populos in equitate.
Dissipauit consilia gentium, reprobauit cogitationes populorum, reprobauit consilia principum.
Dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.
Quoniam excelsus Dominus; terribilis & rex magnus super omnem terram.
Quoniam subegit populos vobis, & gentes sub pedibus vestris.
Quoniam notum fecit Dominus salutare suum in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
Iubilate in conspectu regis Domini; psallite Deo nostro psallite; Psallite regi nostro psallite:
Vespere, & mane, & meridie, narrate, & annuntiate mirabilia opera eius in omni loco dominationis eius; Benedic anima mea Domino:
Quoniam non in finem oblitus est pauperũ, patientia pauperum non periuit in finem:
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum;
Quoniam respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum;
Quoniam magnificata est vsque ad cęlos veritas eius, & iustitia eius vsque ad nubes:
Quoniam occidit reges fortes; Principem Gog, & Magog, electos Duces eius, & omnes fortes eius; Quoniam excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.
Quoniam dormierunt somnum suum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis:
Quoniam Deus vltionum Dominus; Quoniam Deus vltionum libere egit;

Quo-

Quoniam confregit capita Draconis verticem capilli per
ambulantium in delictis suis :

Quoniam confractus est Bel, contritus est Nabo, contritus
est Malleus vniuersæ terræ :

Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.

In multitudine virtutis tuæ, mentiti sunt tibi omnes inimici tui ;

Increpasti gentes perijt impius, nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi ;

Perijt memoria eorum cum sonitu, tu autem terribiliter magnificatus es vehementer, & magnificasti supra omne nomen sanctum tuum :

Gustate & videte quoniam suauis est Dominus, Beatus vir
sperat in eo ;

Ponite corda vestra in virtute eius, vt enarretis in progenie altera ;

Et populus qui creabitur laudabit Dominum, quia prospexit de excelso sancto suo

Dominus de cælo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum & solueret filios interemptorum ;

Vt annuncient in Sion nomē Domini, laudem eius in Hierusalem :

Vbi confregit potentias arma & scutum gladium, & bellū;

Sæpe expugnauerūt me a iuuentute mea, dicat nūc Israel;
Sæpe expugnauerunt a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi ;

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nūc Israel, nisi quia
Dominus erat in nobis

Cum exurgerent hōies in nos; forte viuos deglutissent nos;

Cum irasceretur furor eorum in nos ; forsitan aqua absorbuisset nos; torrentem pertransiuit anima nostra ;

Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum ;

Anima

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus;
Dicant nunc qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos.
Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est caput. Anguli;
A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris;
Hec est dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea;
O Domine bene prosperare, Benedictus qui venit in nomine Domini;
Omnia ossa vestra dicant Domine quis similis tibi;
Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem a diripientibus eum:
Benedictus Dominus qui statuit in loco spacioso pedes nostros;
Qui abscondit nos in tabernaculo suo, in die malorũ protexit nos, in abscondito tabernaculi sui.
Qui eduxit ab inferno animas nostras, saluauit nos a descendentibus in lacum.
Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ:
Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius;
Benedictus Dominus qui fecit misericordiam suam nobiscum, & liberauit nos de aquis multis;
Laudent illum cęli terra, & mare, & omnia reptilia in eis;
Quoniam Deus saluam fecit Sion, & edificabuntur Ciuitates Iude;
Et inhabitabunt ibi; Et hæreditate acquirẽt eam, & semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomẽ eius habitabunt in ea:
Benedictus Dominus qui facit mirabilia solus, & benedictum nomen maiestatis eius in æternum: fiat fiat:

Sciat Sacrosancta Mater Ecclesia, me præcedentes annotationes, interpretationes vocaturum si illis ipsa consentiat, si denique ab ea approbentur; Anathema enim mihi in æternum est; ea despicere quæ legenda tradidit; ea vel firmare quæ reycienda dixerit: protestatione præmissa me in omnibus, & per omnia non meis, sed sanctæ Matris Ecclesiæ interpretationibus inhærere velle; captaq; à Reuerendo Patre Inquisitore Taurinensi dicendi licentia, ad hunc tractatum imprimendum accessi.


Baptista Mazerus.

Frater Bartholomeus Rocca de Pralormo Inquisitor Taurini, visa relatione R.P.F. Alexãdri Bettini de Clarasco lectoris admittit vt imprimatur, die 23. Settẽb. 1589.

ERRORES.

Fol. 13. linea 21. legende non ſunt iſte dictiones, futurus ſit.
Fol 14. linea 19. quali non quaſi legendum eſt.
Fol. 23. linea 25. legendum eſt, & non autem vt.
Fol. 34. linea 14. poſt dictionem Dominus legendum eſt, ait.
Fol. 56. linea 3. legendum eſt ebdomidas non ebdomates.
Fol. 72. linea 12. verbum abijſſe legendum non eſt.
Fol. 73. linea 24. dictio quid ſuperflua.
Fol. 74. linea 22. ſi non autem ſic legendum eſt.
Fol. 76. linea 10. in ſolitudine legendum eſt.
Fol. 78. linea 4. redditur legendum eſt.
Fol. 123. linea, poſt dictionem a Domino ac legendum non eſt.
Fol. 129. linea 27. poſt dictionem non legendum eſt, erit
Fol. 144. linea 22. poſt dictionem alendos, legendum eſt ab Antichriſto.
Fol. 144. linea 2. poſt dictionem Antichriſti dictio & legenda non eſt.
Fol. 202. linea 19 legendum eſt Dominus.

In reliquis ſuppleat Benigniſſimus lector.



1-6-3

